inq̃t. me peccatorẽ inter te ⁊ eundẽ populũ mediatorẽ eſſe
voluiſti. Dicit̃ etiã metalipſis in greco: quod ẽ aſſũptio. in
latino. eo ꝙ ꝑ hoc ſacramẽtũ aſſumimꝰ filij diuinitatẽ.

## Capitulũ. vij. de modo ſumẽdi illud ſacramentũ.

Volenti digne accedere ad hoc venerabile ſacramen
tũ neceſſe ẽ iuxta doctrinã apli ad coꝝ. xj. homo ſe/
ipſũ ꝓbet ⁊ ſic de pane illo edat. Quod dictũ tractãs
he. tho. de aq̃no in tertia ꝑte ſue ſũme ſic dicit ꝓbet homo
ſeipſũ. i. p̃paret examinet ⁊ purget. p̃paret: ꝑ cordis cõtriti
onẽ oris cõfeſſionẽ ⁊ debitã ſatiſfactionẽ. Examinet an ha/
beat ſãctitatẽ in corde. veritatẽ in ore. ꝑfectã cõuerſationẽ i
opere: purget a vana gloria intellectũ: a vana cupiditate af
fectũ ſenſũ a rebelliõe ꝑ inobediẽtiã infectũ. ⁊ ſic a ſeipſo ꝓ/
batus ad ſũmi regis mẽſã accedat. Modũ aũt accedẽdi di/
cere poſſumus ex eſu agni paſcalis. exo. xij. comedebãt eni
iudei agnũ paſcalẽ accinctis renibus cũ azimis panibꝰ cal
ciatis pedibus baculos habẽtes in manibus cũ lactucis ag
reſtibus ⁊ feſtinanter. Per primũ figuratũr puritas caſti/
tatis. vñ luce. xij. Sint lũbi veſtri precincti ⁊ lucerne ⁊c.
Per ſecũdũ vero intelligit̃ carentia corruptiõis peccati ma
xime mortalis. q̃a ſʒm bea: grego. azima ſumus: ſi a corru
ptiõe peccati ſumꝰ alieni. Per. tertiũ deſignat̃ affectus deuo
tiõis. De quo in cãticis. quã pulcra es in calciamẽtis tuis
filia principis. Per quartũ figuratur memoria dñice paſſi
onis. vñ iacob patriarcha dixit. In baculo ꝑtrãſiui iordanẽ
iſtũ. Per quĩtũ innuitur amaritudo cõtritiõis ꝓ peccatis.
vñ pſ. lxxix. Cibabis nos pane lacrimaꝝ Per ſextũ mõſtra
tur ꝓ̃ptitudo bone voluñtatis. Ex his igitur iaʒ dictis. ſ.
puritate caſtitatis: immunitate peccati mortalis: xp̃iſere
deuotiõis; mẽoria dñice paſſionis: ꝓ̃ptitudine bone volũ
tatis: ⁊ amaritudine cõtritiõis. ſit armatus oĩs q̃ ad ſacra
menti cõmunionẽ digne vult accedere. vñ be. ambro. in q̃/
dam orõe de hoc pulchre loq̃tur in hec verba. Quãta cordiſ
contritione ⁊ fonte lacrimaꝝ: quãta reuerẽtia ⁊ tremore:
quãta corꝑis caſtitate ⁊ aĩe puritate: illud diuinũ ⁊ celeſte
miſteriũ ẽ celebrãdũ. dñe deꝰ vbi caro tua in veritate ſumi
tur: vbi ſãguis tuus in veritate bibit̃: vbi ſũmis yma hu/
manis diuina iũguntur. Ubi tu es ſacerdos ⁊ ſacrificiũ mi
rabiliter ⁊ ineffabiliter. Quis digne poterit celebrare hoc
miſteriũ: niſi tu deus oĩpotẽs offerentẽ feceris dignuʒ. Hec

ille. Et vt cuilibet voléti tractare aut ſumere hác eſcá no/
biliſſimá hoc cótingat cú accedere voluerit. beatꝰ. bern. in
tractatu ſuo de cotemplatióe dicit. ꝙ in hunc modú poteſt
orare. O diues oim bonoꝝ dapú ſuperne ſacietatis opulen/
tiſſime largitor deꝰ: da laſſo cibú collige diſperſú: libera ca
ptiuú: reintegra ſciſſú. Si ſtat ad hoſtiú ⁊ pulſat. obſecro ꝑ
viſcera miſericordie dei qbꝰ viſitaſti nos oriés ex alto. iube
pulſáti miſero aperire: ꝙ liberis greſſibꝰ ingrediať ad te ⁊
reqeſcat in te: ⁊ reficiatur de te pane celeſti. Sanctus vero
tho. breuiter ponit tria. q̃ cuilibet digne mádućáti ſunt ne
ceſſaria. Primú eſt múdicia corporalis vt ꝑ eaȝ reuerentia
ſacraméto exhibeatur. Secúdú eſt cóſciétia múda: vt ſic di
gne ſacraméto manſio ⁊ habitaculú diſponať. Tertiú é a/
ctualis deuotio: ꝑ quá mens apud deú eleuetur. de quibus
dicetur poſtea magis in ſpeciali.

Capitulú. viij. q̃ ſint ſigna ꝑ q̃ cóiecturare poſſimꝰ
nos eé dignos ad hoc ſacramétú ꝑcipiendú.

Iceret aliqs cú nemo ſit certus: an ſine peccato ſit
d ⁊ in caritate. qa iuxta dictú ſap̄. eccle. ix. neſcit ho/
mo an odio vel amore dignus ſit. quomó igitur a/
liqs ſecúdú hꝰmodi códitiones digne poterit ad hoc venera
bile ſacramétú accedere. Ad hoc reſpondet ſáctꝰ tho. dicés.
Licet de hoc nó poſſit haberi certitudo ſcie. tamen de hoc
pót haberi ꝓbabilis cóiectura: ⁊ p̃cipue per quatuor ſigna q̃
ponit bern. in li. de ſtimulo amoris. Quoꝝ primú é cú quiſ
deuote verbú dei audit. qa teſte ſaluatore Johá. viij. Qui ex
deo eſt verba dei audit. Secúdú cú qs ꝓmptú ſe in bñ ope
rando inuenerit. qa ꝓbatio delectationis: exhibitio é operiſ
vt inqt bea. gre. in q̃dam ome. Tertiú cú quis ꝓpoſitú ha
bet abſtinédi a peccatis in futuro. Quartú cum de preteri
tis doluit ſeu dolet ⁊ conteritur. Jn his. n. ſȝm greg. vera
penitétia conſiſtit. Unde ſi quis ꝑ huiuſmodi ſigna facta di
ligenti diſcuſſione ſue conſcientie: ꝑ̃uis non ſufficienti tñ
deuote ad corpus xp̄i accedat. aliquo peccato mortali in ip
ſo remanéte: quod eius méoriam ſubterfugiat nó peccat ſi
accedit. immo ex vi ſacramenti remiſſionem peccati cóſeq̇

tur. vnde bea. aug. in quodaȝ ſer. dicit. Qñ corpus xp̄i má/
ducatur: viuificat mortuos. Nam tale peccatú in cótritio
ne generali é dimiſſú. licet nó ita plene ſicut ea que in ſpe/
cie ſút confeſſa.

Capitulú. ix. de vtilitatibus quas con
ſequútur digne ſumentes hoc ſacramétum.

Ui corpꝰ xp̄i digne máducat hos. xij. fructus ⁊ vti/
q litates conſequiť. q̇. xij. fructꝰ figurati ſút per lignú
vite. quod eſt in medio paradiſi. gen. ij. auferés. xij.
fructꝰ. apoc. vlt. et notantur in his verſibꝰ. Jnflámat. me/
morat. ſuſtentat. roborat. auget. Hoſtia ſpem purgat refi/
cit. vitaliter vnit. Confirmatq̧ fidem munit: fomitéq̧ re/
mittit. Primꝰ fructꝰ qué cóſequiť digne manducás eſt ca/
ritatis inflámatio. de quo qdam doctor ſic dicit. Pre oibus
alijs gratijs corporis ſúmi. ſ. manducatio digna: accendit i
nobis caritatem. Qui enim pané calidum de clibano iá ac
ceptú comederit cú pane vtiq̧ ſumit ⁊ caloré. ſic qui corpꝰ
xp̄i comedit in clibano crucis: ex ardore maxime caritatis
decoctú in eodem comedit ⁊ caritatem. Jgnitꝰ qppe amor
dei: in corꝑe ipſius ſuſcipiť quo ſumpto ⁊ nos inardeſcimꝰ
⁊ ipſú ſemper amplius eſurimus. Secúdus fructꝰ é ꝙ ad
memoriá reducit dñicá paſſioné. diuiná dilectioné: ⁊ noſtrá
liberationé. vñ lu. xxij. Hoc facite in meá cómemorationé
Tertiꝰ fructus é cótra recidiuationé ſubſtentatio. De quo
in p̄s. Panis cor hoís confirmet. Quartꝰ fructus é ꝙ robo
rat ſumenté ad bona operandú ⁊ continuádú. Cuius figu/
ra innuitur yſaie. xl. vbi diciť. Qui ſperát in dño: imitabút
fortitudiné: aſſumét pennas vt aqle: nó laborabút ambula
bunt ⁊ nó deficiét. vñ yſidorus de hoc ſic inqt. Cibus ille:
corpꝰ illud nó impinguat. ſed cor hoís in bono confirmat.
Hic eſt panis vite. q̇ ergo vitá máducat digne mori nó po
teſt. ſ. morte ſpúali et eternali. Quintꝰ eſt ſpei ⁊ deuotióis
augmétatio. ⁊ nó ſolú ſpei: ſed ⁊ caritatis vt dictú é in pri/
mo fructu: ⁊ etiá fidei: vt diciť in decimo fructu. q̇ ſimul in
nuunť ezech. xv. vbi aic deuote: ſacrámétuȝ eukariſtie ꝑci/
piéti cú iſtarú virtutú augméto ſic diciť. Simulam mel ⁊

oleum comediſti: ⁊ decora facta es vehementer ⁊ ꝓfeciſti in
regnū: ⁊ egreſſū eſt nomē tuū in gentes ꝓpter ſpeciē tuam
Ubi ꝑ ſimulā ꝓpter ſui puritatē intelligere poſſumus ſin/
ceritatē fidei. Per mel ꝓpter ſui ſuauitatē intelligere poſſu
mus digne ſumentis eminentē caritatē Per oleū ꝓpter ſui
intrinſecā ſubtilitatē intelligere poſſuuus ſpem. Naȝ ſicut
oleū eſt virtutis penetratiue ⁊ ſupnatat ceteris liquoribus
ſic ſpes diligentis aīe omnia creata quaſi deſpiciens pene/
trat ⁊ trāſcendit. Et nō obſtante tempeſtate hꝰ mūdi: tan
ꝙ̄ maris magni ⁊ ſpacioſi in quo ſūt reptilia quoꝝ non eſt
numerus. anchorā ſue cōfidētie figit in ſolo ſuo ꝯcreatore: ⁊
in virtute ꝑfecte eukariſtie. Uñ de hoc fructu quinto dicit̃
in pſal. xxiiij. Impinguaſti in oleo caput meū: ⁊ calix meꝰ
inebrians ꝙ̄ preclarus eſt. Sextꝰ fructus ē peccatoꝝ remiſ
ſio. ⁊ hoc intelligit̃ de venialibꝰ peccatis. ꝗa per iſtū cibuȝ
fit reſtauratio ⁊ reparatio deperditi vaporis. i. ipſius cari/
tatis. Et nō intelligit̃ de mortalibus. ꝗa ſicut alimentum
naturale ſolū ꝓdeſt viuēti ⁊ non mortuo: ſic alimentū ſpū/
ale. Attamē ſi homo ſufficienti facta diſcuſſione de oībꝰ pec
catis cōtritus fuerit: ⁊ ꝓpoſitū ſatiſfaciēdi habuerit de quo
cunq; peccato mortali ab eo ꝑpetrato ſi ſibi ad memoriam
reduceretur. ſi alicuius peccati mortalis reus extiterit deo
cognito: ſibi tamē totaliter ignoto ⁊ a memoria eiꝰ remo/
to: ex vi ſacramēti quod ſumit remiſſionē illiꝰ peccati cōſe
quit̃ ꝓut innuit be. aug. cū dicit. Qñ corpus xp̄i mādncat̃
viuificat mortuos. De iſto etiam fructu dicit yſidorꝰ Acce
dite igitur ad eū ⁊ illuminamini: ꝗa lux eſt. Accedite ad eū
⁊ ſaciamini: ꝗa panis eſt. Accedite ad eū ⁊ liberamini: ꝗa
vbi ſpūs dñi ibi libertas. Accedite ad eū ⁊ abſoluemini: ꝗa
remiſſio peccatoꝝ eſt. Cui cōſonat ihero. in hec verba. Ni/
chil adeo eſt extinctiuuȝ ⁊ remiſſiuum peccati ſicut huiuſ/
modi oblatio ⁊ ſacrificiū. ⁊ hoc eſt veꝝ ſi digne offerat̃. pro
pter quod ambro. in quadaȝ oratione ſic orat. Panis q̇ de
celo deſcēdiſti veni in cor meū ⁊ mūda me ab omni inq̇na
mento carnis ⁊ ſpūs. Et ad iſtā purgationē hortat̃ apoſto
lus nos alloquēs ꝑ figuraȝ agni paſcalis q̇ dicit̃ azima ſic
dicens. Expurgate vetꝰ fermentū. ad coꝝ. xj. Septimꝰ fru
ctus eſt ſpūalis per internā cōſolationē refectio. De qua di/

citur ſap̄. xvj. Panē de celo preſtitiſti eis: habentē omne de
lectamentū ⁊ oēm ſaporē ſuauitatis. Et in p̄s. xxij. In lo/
co paſcue ibi me collocauit. Et ideo xp̄s q̇ ē ſacerdos ⁊ ho
ſtia ait. Uenite ad me omēs q̇ laboratis ⁊ onerati eſtis: et
ego vos reficiā. Math. xj. In rei. n. veritate dulciſſime po
teſt reficere ꝗa eiꝰ ſpūs ē ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas eiꝰ
ſuꝑ mel ⁊ fauū. eccle. xx. vñ bea. bern. de iſta vtilitate ⁊ q̄r
ta ſic ait: In hoc ſacramēto aīa celeſti dulcedine inebriatur
peccatū veniale delet̃: ⁊ homo in gratia roborat̃. Idē de hoc
ſeptimo fructu loquit̃ in hec verba. Qui ſāctam eukariſtiā
digne ſumit: nunꝙ̄ maiꝰ in tota ſua vita gaudiū refrigeriū
ꝙ expertꝰ fuerit ꝙ̄ in ſūptione corporis ⁊ ſāguinis dñi nri
iheſu xp̄i deguſtauit. Octauus fructꝰ eſt interior per gratie
collationē viuificatio. ꝗa lignū vite cōmeſtū vitā p̄ſtabit.
Nā ꝑ virtutē hꝰ ſacramēti: dc attrito fit cōtritꝰ: de irriſore
fit penitēs. vñ iohā. vj. Qui mādncat me ipſe viuet ꝓpter
me. Rōnabiliter. n. vita ꝑ cibū rediȷt ꝑ quē mors intrauit
ꝙ aūt in ſumēdo hoc ſacramentū gratia cōferat̃. de hoc ha
betur figura exo. xvj. vbi dicit̃. Deſcendēte māna deſcēde/
bat pariter ⁊ ros. Nonus fructꝰ ē corpꝰ xp̄i miſtici incoꝑa
tio. De quo ambro. in oratiōe vbi ſupra ſic ait. Tu. n. dixi
ſti dñe: panis quē ego dabo caro mea ē ꝑ mūdi vita. q̇ mā
ducat me viuet ꝓpter me ⁊ ipſe in me manet ⁊ ego in eo.
iohā. vj. Et illud figuratū eſt exo. xvj. vbi dicit̃ ꝙ cum ſol
incaluiſſet liquefiebat manna. ⁊ ꝑ cōſequēs per fluxū vni/
tum fuit cū terra. Propter quod ipſe xp̄s q̇ eſt cibꝰ clama
uit ad beatū auguſt. vt pȝ in li. cōfeſ. Cibꝰ ſū grādiū creſce
⁊ mādncabis me. Et ſubdit̃. Nec tu me mutabis in te ſi/
cut cibū carnis tue. ſed tu mutaberis in me. Nā ꝑ iſtuȝ ci/
bum efficimur mēbra incorꝑata in xp̄o: ⁊ vnū in xp̄o. Et
ideo hec ſpūalis mādncatio iure cōmunio nūcupat̃. vt ſu/
pra ca. vj. hꝰ tractatꝰ. ⁊ vt damaſcenꝰ dicit. Decimꝰ fructꝰ
eſt fidei cōfirmatio ꝑ intellectꝰ illuminationē: quod deſigna
tur ꝑ illud quod habet̃. j. regū. xiiij. vbi dicit̃. ꝙ ionathas
guſtauit de melle ⁊ illuminati ſūt oculi eiꝰ. vñ bern. ſuper
can. ſic inq̇t. Per fidē: intellectus illuminatꝰ ⁊ cōfortatꝰ at
tingit hāc veritatē indubitāter. ꝙ xp̄s vere ē in ſacramēto
⁊ diuinitas vere in xp̄o. Undecimꝰ fructꝰ eſt ꝙ ꝑceptio eu/

kariſtie munit hominē cōtra demonū neqciam. vn̄ p̄s. Pa
raſti in cōſpectu meo menſā aduerſus eos q̄ tribulāt me. ſu
per quo dicit iſidorꝰ. Suſcipe dn̄m iheſū in tue mentis ho
ſpiciū. cū aūt aduerſariꝰ hoſpiciū tuū viderit occupatū ce/
leſtis fulgore p̄ſentie: intelligit locū tēptamētis ſuis ꝑ xp̄z
eſſe circūcluſū ſeu clauſū. Pro quo effectu cōſequēdo beatuſ
ambro. in orōe vbi ſupra ſic orat. Dn̄e muni me hrōꝝ an/
geloꝝ pia atq̄ fideli cuſtodia atq̄ fortiſſima tutela: vt hoſteſ
omniū bonoꝝ cōfuſi a me diſcedāt: ꝑ hoc magnificū ⁊ admi
rabile ſacramentū. Et de hoc habet̄ figura exo. xij. vbi legi
tur. ꝙ quādo filij iſrael comederūt agnū paſcalē: tūc poſue
rūt de ſanguine in ſuperiori liminari: ⁊ in vtroq̄ poſte ho/
ſtij ſui. ⁊ ſic domꝰ eoꝝ erant p̄ſeruate ab angeli percuſſura
De eodē habet̄ figura ezechielis. ix. vbi dicit̄. ꝙ illi ſoli pre
ſeruati fuerūt quos vir veſtitus lineis. ſ. dn̄s iheſus xp̄s ſi/
gnabat thau in frontibus eoꝝ. thau eſt figura crucis: q̄ cū
accedimꝰ ad altare. in fronte. i. in ꝓſpectu noſtre ratiōis de
bet eſſe depicta. Duodecimꝰ fructꝰ ē fomitis mitigatio ſeu
inordinate cōcupiſcētie extinctio. De quo in p̄s. Suꝑ aquā
refectionis educauit me ⁊c. Sicut. n. aqua refrigerat. ſic il
lud ſacramentū etiam refrigerat a feruore cōcupiſcētie. vn̄
bern. Sacramentū corporis xp̄i duo operat̄ in nobis: vide
licet ſenſuz munit: ⁊ a grauioribꝰ peccatis tollit omnino
cōſenſuz. verbi gratia. Si quis noſtrū nō tam crebros vt
ſolebat: nec tam acros ſuſtinet iracūdie vel luxurie: inuidie
ac ceteroꝝ vicioꝝ motꝰ: gratias agat corꝑi ⁊ ſanguini dn̄i
noſtri iheſu xp̄i. quoniā virtꝰ hꝰ ſacramenti operat̄ hec in
eo. Hec ille. Propter quod bea. ambro. in quadā orōe: dn̄m
noſtrū iheſū xp̄m ſic adorat. Dn̄e rex virginū amator caſti
tatis: ⁊ integritatis decꝰ: celeſti rore bn̄dictionis tue extin/
gue in me totū fomitē ardentis libidinis: vt maneat in me
tenor totiꝰ caſtitatis aīe ⁊ corporis. Et illud videt̄ eſſe fi/
guratū. ij. mach. j. vbi legit̄ ꝙ flāma accenſa a lapidibꝰ ꝑ/
fuſis: aqua reſidua a lumine quod refulſit ab altari cōſum
pta eſt. Sepe. n. flāma cōcupiſcentie q̄ naſcitur ex aqua re
ſidua. i. ex rerū temporaliū affluentia ⁊ ſuꝑfluitate: qua la
pides ⁊ homines mūdani ꝑfundūtur: extinguūtur a lumine
ab altari fulgente. i. a gratia ſacramēti eukariſtie. Propter

tanta igit̄ dona q̄ ex hmōi ſacramēti ꝑceptione digne ſumē
ti cōferunt̄: diligēti aīa deuotaq̄ mēte ē inq̄rendū qualis eſ
ſe debeat q̄ ad hāc menſā digne accedere mereat̄. Ad quod
rn̄det ꝓpheta in p̄s. xxj. vbi in ꝑſona xp̄i ait Edent paupe
res ⁊ ſaturabunt̄ ⁊c. quaſi di. ſ3m bea. aug. ⁊ glo. ibidē. Uo
ta mea. i. ſacramēta ⁊ bn̄ficia corꝑis ⁊ ſāguinis mei reddaz
⁊ hec ſacrificia edent pauperes ⁊ hꝰ ſeculi cōtēptores. quos
xp̄s Math. v. vocat pauperes ſpū q̄ ad hūc panē vite ſumē
duz digne merent̄ accedere. Tales. n. ſūt vere huiꝰs ⁊ huiꝰ
ſeculi cōtēptores xp̄m ſuꝑ oīa diligētes ⁊ omēs affectiones
ſuas in xp̄m ordinātes. Ita vt nichil cupiāt nec habere de
ſiderāt p̄ter ip̄z. Et illa reuera apte dicit̄ pauꝑtas ſpūs dū
q̄s mēte ⁊ ſpū nichil ſibi vēdicat imo nec ſeipſū nec aliq̄d a
liud tēporale niſi hoc alteri totū liberaliter ⁊ ſpōte donat ⁊
in xp̄z referat ita vt ſic nec velit eē ſui iuris ſed dn̄i ſui cui
ſe donauit nec aliquod poſſideat tanq̄ ſuū ſed tanq̄ dn̄i ſui
ad cuiꝰ honorē reꝝ ſuaꝝ ſi quas hab3 poſſeſſionē ordinabit
vt dicere poſſit cū aplō. ij. coꝝ. vj. tanq̄ nichil habentes ⁊
oīa poſſidētes q̄a poſſidet oīa cuiꝰ poſſeſſio ē deꝰ. vn̄ in ꝑſo
na cuiuſlibet talis dicit̄ in p̄s. lv. Ecce cognoui quoniā de
us meꝰ es tu. Suꝑ quo aug. Omniū q̄dē deꝰ ē ſed eoꝝ pro
prie deꝰ ē q̄ eū diligūt q̄ eū timēt q̄ euz poſſidēt ⁊ colunt ⁊
ſunt tanq̄ magna familia de domo ipſiꝰ redēpti magno ſā
guine vnici filij eiꝰ. Et ſubdit. Quantū dedit nobis deꝰ pa
ter vt filij dei noīemur ⁊ ſimus. Ecce mirabilis cōiunctio
ſūme pauꝑtatis cū maximis diuitijs. Quid nāq̄ pauꝑiꝰ illo
q̄ nichil ſibi retinet quod alteri nō donat: ⁊ q̄d ditius illo q̄
deū poſſidet. Et ergo be. aug. ſuꝑ pſal. vbi ſupra hortatur
nos dicēs. Nos ergo deū amemꝰ frēs puri ⁊ caſti: ſed nō ē
caſtū cor ſi deū ob mercedē colit. Sed diceres. Quid ergo
de cultu dei ſi mercedē nō haberemꝰ. Reſpondet aug. Ha/
bebimꝰ plenarie ipſū deū quē colimus ipſe nobis merces
erit q̄a videbimꝰ eū ſicuti ē. iohā. iij. Ipſe dixit abrahe geñ
xv. Ego ꝓtector tuꝰ ſū ⁊ merces tua magna nimis Ex q̄/
bus verbis elicit̄ ꝙ de omni ſtatu eccleſie poſſūt eſſe hoīes
digne ad hūc panē vite accedētes: q̄a dictū ē ſupra. Edent
pauꝑes ⁊ ſaturabunt̄ pauperes. ſ. ſpū. Tales aūt pauperes
poſſūt eſſe boni reges ⁊ principes finiū terre: cōiugati vir/

gines ⁊ vidue: layci ⁊ clerici ſeculares ⁊ religioſi. Nā quiſq̄s
taliū in caritate dei ē ⁊ deū ſuꝑ oīa diligit: ſi princeps vel ꝑ
latꝰ vel qualitercū̄q ſuꝑ alios cōſtitutꝰ potētatus honores
diuitias ⁊c. q̄ ſuo ſtatui cōmuniter attribuūtur ipſe nō ſolū
ſibi ſed deo tribuit cui militat cui ſeruit ⁊ ꝓ quo diligentē
curā ſubditoꝝ ſuoꝝ gerit ⁊ nō ſolū ſua: ſed etiā ſeipſū ꝓ eoꝝ
ſalute exponit: hic dignꝰ ē vt ad hāc menſā accedat. Paupe
res .n. xp̄i magnates ⁊ diuites paupes ſubditi ⁊ i bona ſim
plicitate viuētes: paupes ad artiorē obſeruātiā ⁊ in abdica
tione tēpaliū ⁊ multiplicis regularis diſcipline vt ſecurius
xp̄o regi famulent̄ ſe ſtudioſe aſtrigētes: hi ſūt q̄ digne hūc
panē celeſtē ſumētē angeloꝝ ſūt cōuiue. iuxta illud p̄s. Pa
nē angeloꝝ mādu cauit homo. Et ita hic in gratia viuifi/
cante ꝓmerent̄ gloriā ſublimātē. ſcʒm quod dicit dn̄s in euā
gelio iohā. vj. Qui mādu cat carnē meā ⁊ bibit meū ſangui
nē habebit vitā eternā. Et tātū ſit dictū de his. xij. fructibꝰ
Poſſūt tn̄ hi fructꝰ diſtingui ſecūdū tres ſtatꝰ hoim in eccle
ſia militāte. Eſt. n. hoc ſacramentū in penitētibꝰ ſeu in in
cipientibꝰ culpe expiatiuū gratie cōſeruatiuū xp̄i incorꝑa/
tiuū ⁊ cōtra recidiuationē ſuſtentatiuū. Et in ꝓficiētibus
eſt fidei cōfirmatiuū ſpei augmētatiuū ⁊ fomitis extermia
tiuū. Eſt in viris ꝑfectis dn̄i:ce paſſiōis ad memoriā reuo/
catiuū ad bn̄ oꝑandū roboratiuū cōtra tēptationē diaboli/
cam munitiuū ꝑ internā cōſolationē ipoꝝ refectiuū.

## Capitulū. x. de dāpnis q̄ cōſequūtur indigne ſumētes

Sicut recte cōmunicātibꝰ multa bona ꝓueniūt vt di
ctū ē in. c. ꝑcedēti: ſic indigne ſumētes multa mala
incurrūt. teſte aplō ad coꝝ. xj. ſic dicēte. q̄ mādu cat
⁊ bibit corpꝰ dn̄i indigne iudiciū ſibi mādu cat ⁊ bibit. Et
ſubdit. ideo inter vos multi imbecilles ⁊ īfirmi viuūt. Et
dicitur multi. Nullius. n. opus placet deo niſi ipſe priꝰ pla
ceat deo. Indigna nāq̄ cōmunio hoiem peccatis illaq̄at dā
natiōnē ꝑparat: ꝓrimū ſcādalizat mentē excecat tēptatiōʒ
obiūgit: deū irritat vitā tēporalē breuiat cūctis gratuitis
⁊ eternis bonis ſpoliat. De q̄bꝰ oibus ꝑ ordinē dicit̄ in p̄s.
lxviij. Fiat mēſa eoꝝ corā ipſis in laqueū quo ad primū: ⁊
in retributiōes quo ad ſecūdū: ⁊ in ſcādalū quo ad tertiū ⁊
obſcurent̄ oculi eoꝝ ne videāt quo ad quartū: ⁊ dorſū eorū
ſemꝑ incurua quo ad quintū: effūde ſuꝑ eos irā tuā quo ad
ſextū: fiat habitatio eoꝝ deſerta quo ad ſeptimū: ⁊ in taber
naculis eoꝝ nō ſit q̄ inhabitet quo ad octauū. De quo etiā
hylariꝰ ſic dicit. Talis homo deū ad vindictā excitat: ſuaʒ
vitā breuiat ſāctos a ſe fugat: hoſtē ſuū letificat: q̄ corpus
xp̄i idigne mādu cat. Cui alludit orige. i hec verba. Corpꝰ
q̄dē ⁊ ſāguinē xp̄i i dāpnatiōʒ ſumit tā mētis q̄ corꝑis Ex
q̄bꝰ dictis apparet q̄ vterq̄ tā bonꝰ q̄ malus cōmunicans
corpꝰ ⁊ ſanguinē xp̄i ſumit equaliter quo ad eſſentiā q̄uis
tn̄ inequaliter quo ad efficiētiā. In bono. n. efficit vitā grē
in p̄nti ⁊ gloriā in futuro: in malo vero dāpnatiōnē ꝑparat
⁊ mortē eternā inducit. vn̄ canit eccleſia. Sumūt boni ſu/
mūt mali ſorte. tn̄ inequali ⁊c. Et bea. aug. de hoc ſic inq̄t
Eſt quidē in peccatoribꝰ ⁊ indigne ſumētibꝰ vera caro et
verus ſāguis xp̄i eſſentia nō tn̄ ſalubri efficientia.

## Capitulū. xij. quot modis hoc ſa/ cramentū ſumatur.

Sacramētū enkariſtie tribꝰ modis pōt ſumi ab hoīe
viatore. ſ. ſacramētaliter tantū: ſpūaliter tātū: ſa/
cramētaliter ⁊ ſpūaliter ſimul. Pro cuiꝰ maiori in
tellectu aduertendū q̄. ſcʒm magiſtrū i. iiij ſniaꝝ diſ. xviij. i
ſacramēto enkariſtie ē aliq̄d q̄ ſolū ē ſacramētū. i. ſignū ſa
cre rei: vt ē forma vel ſpēs panis vel vini q̄ ibi videt̄: q̄a ꝑ
ter ſpēm quā ingerit ſenſibꝰ: aliq̄d aliud facit venire in cog
nitōʒ ſcʒ corpꝰ xp̄i veꝝ ⁊ miſticū Eſt ergo ſpēs pꝰ cōſecratōʒ
vocabula reꝝ q̄ ante fuerūt ſcʒ panis ⁊ vini. vtʒ de cōſe. di
ij. ca. ſenſus. vn̄ in fine cuiuſdā miſſe q̄ celebratur in ſabba
to quatuor tēpoꝝ in mēſe ſeptēbris orat̄ ⁊ dicit̄. Perficiant
in nobis dn̄e q̄ſumꝰ tua ſacramēta quod cōtinēt vt q̄ nūc
ſpē gerimꝰ reꝝ veritate capiamꝰ. Aliud ē res ſacramēti et
illa ē triplex. Aliqua ē res cōtēta ⁊ ſignificata: altera ſigni
ficata ⁊ nō cōtēta: tercia oꝑata. Res cōtēta ⁊ ſignificata ē
caro xp̄i quā de virgine maria traxit ⁊ ſanguis quē pro no

bis effudit:ſeu ipſe xp̄s q̇ ſub ſpecie panis ⁊ vini veraciter
continet̃.Sed res ſignificata ⁊ nō cōtenta ē corpꝰ xp̄i miſti
cū:ſeu eccleſia ſiue vnitas eccleſie in predeſtinatis quo ad
eccleſiā militantē vocatis ꝑ p̄dicā:iuſtificatis ꝑ gratiā in
p̄ñti ⁊ glorificatis in futuro ꝑ gloriā quo ad eccleſiā trium
phantē ⁊ in p̄ſēti ſpe.Vtriuſqꝫ aūt corpis xp̄i.ſ. veri ⁊ mi/
ſtici ſpecies viſibilis ē ſacramētū eukariſtie q̇a vtrāqꝫ rē ſi
gnificat ⁊ vtriuſqꝫ rei ſimilitudinē gerit expreſſā.Nā ſicut
panis triticeꝰ p̄ ceteris cibꝰ ē p̄cipuꝰ ad hūani copis ſuſtē/
tationē ⁊ refectionē ⁊ vinū hominē letificat ⁊ inebriat ſic
caro xp̄i interiorē hoiē plꝰ ceteris gratijs ſpūaliter reficit
⁊ ſaginat.Habet etiā ſimilitudinē illa ſpēs viſibilis cū cor
pore xp̄i miſtico q̄ ē vnitas fidelium:q̇a ſicut ex multis gra/
nis cōficit̃ vnꝰ panis:⁊ ex pluribꝰ vuis vinū cōfluit in vnū
ſic ex multis fidelibꝰ ꝑſonis vnū corpꝰ xpi miſticū cōſtitu
itur cuiꝰ ipſe xp̄s ē caput.Vñ aplūs.j.ad cor.xj.Vnꝰ pa/
nis ⁊ vnū corpꝰ multi ſumꝰ.Et aug.ſuꝑ iohā.ome.vj.et
allegat̃ a mgrō in.iiij.ſniaꝝ diſ.viij.q̇ ſic dicit.vnꝰ panis
⁊ vnū corpꝰ eccleſia dicit̃ ꝓ eo.ꝙ ſicut vnꝰ panis ex multis
granis:⁊ vnū corpꝰ ex pluribꝰ mēbris cōponit̃ ſic eccleſia
ex multis fidelibꝰ caritate copulāte annectit̃.Huiꝰ corpis
miſtici ꝓpriū corpꝰ xp̄i ſūptū de virgine ē ſacramētū.i.ſig
nū:q̇a ſicut corpꝰ xp̄i ex multis mēbris puriſſimis ⁊ im
maculatis cōſtat ſic ⁊ ſocietas eccleſiaſtica ex multis ꝑſōis
a criminali macula liberis cōſiſtit.In cuiꝰ.ſ.corpis xp̄i ty
po ſeu figura facta ē archa dñi de lignis cethim.exo.xxv.q̄
ſūt imputribilia.Sed res ꝑata ē gratia q̄ in ſacramēto ⁊
in eiꝰ digna acceptiōe cōfert̃:ſecūdū qō dictū ē ſupra ca.ix.
Iſtis iā declaratis dicet̃ ꝙ iſte ſumit corpꝰ xp̄i ſpūaliter tā
tuꝫ q̇ ꝑ fidē tanq̄ ꝑ cognitionē:⁊ caritatē tanq̄ per refectio
neꝫ coiungit̃ xp̄o.⁊ vnitur corpori xp̄i miſtico ſcꝫ eccleſie.
Vñ aug.ſuper Iohā.ome.xxvj.⁊ habetur.de conſe.diſ.vj.
cap.quid eſt ſic dicit.Quid eſt xp̄m manducare:nō hoc ſo
luꝫ eſt corpꝰ eiꝰ accipere.multi enim indigne accipiūt.ſed
in ipſo manere:i.eſſe de corpore eiꝰ miſtico per gratiam ⁊
habere ipſū in ſe manentē.Spūaliter eniꝫ manducat q̇ in
vnitate xpi ⁊ eccleſie quā ſacramētū ſignificat manet.Nā
qui diſcordant a xp̄o:nec carnem xp̄i.ſ.miſticā manducāt

nec ſanguinē miſticū bibūt:⁊ ſic tāte rei ſacramentū ad iu
diciū accipiūt quotidie.vel ſic Iſte mādūcat ſpūaliter tan/
tuꝫ:qui exiſtēs in caritate firmiter credit in altari eē.ve/
ruꝫ corpꝰ xp̄i ⁊ ſanguinē eiꝰ.exhinc ē accipiēs rē ſacramē/
ti.i.gratiā:nō aūt ipſū ſacramētū corpis xpi ſub ſpecie pa
nis ⁊ vini.De iſta māducatiōe dicit bea.aug.in li.de reme
dio penitētie.⁊ habet̃ de cōſe.diſ.ij.ca.vt q̇d paras.ſub his
verbis.Quid paras dentē ⁊ ventrē.crede ⁊ māducaſti cre/
de.ſ.fide operāte ꝑ dilectionē.⁊ māducaſti.i.corpi xp̄i mi/
ſtico es incorp̄atꝰ.Et ē ſciendū.ꝙ bonꝰ duobꝰ modis mā/
ducat xp̄m ſpūaliter.vno modo in ſemetipſo dū ſacramētū
ipſū ore corꝑali ꝑcipit:fide ⁊ caritate ſpūs in ſe ſpūaliter
trahit ⁊ ſibi vnit.Alio modo in alijs.ſ.dū iuſtus alijs com
municat:ſicut.n.os corꝑale nō ſolū ſibi ſumit cibū.ſꝫ mē
bris oibꝰ cōmunicat.ſic quodlibꝫ mēbrū eccleſie nō ſibi ſo
li cōmunicat ſed toti eccleſie:vt virtꝰ ſpūalis cōmeſtiōis ad
hoies fideles ꝑueniat ꝑ caritatē qua vniunt̃.Sꝫ iſte ſumit
ſacramētaliter tantū qui ſub ſpecie panis ⁊ vini hoc ſacra
mentū in peccato mortali ſciēter ſumit.Iſte vero ſpūali/
ter ⁊ ſacramētaliter ſimul ſumit qui hoc ſacramētū ſub ꝓ/
prijs ſpeciebꝰ ſumit ⁊ rē ſacramēti ſeu gratiā cōſeq̇tur Et
de hoc modo māducādi bea.berñ.ſit dicit.Corpꝰ xp̄i egro
tis ē medicina:ꝑegrinātibꝰ dieta:debiles cōfortat lāguores
ſanat:valētes delectat ſanitatē cōſeruat:fit hō manſuetior
ad correptionē patientior ad laborē:ardētior ad amoreꝫ:ſa
gatior ad cautelaꝫ:ad obedientiā ꝓnior:ad gratiarūactiōes
deuotior.hec ille.Hi aūt modi māducandi xp̄m ſꝫm petrū
de tharentaſia diſ.ix.iiij.li.tripliciter poſſūt diſtingui:vel
ex ꝑte manducantis:vel ex p̄te rei q̄ māducat̃:vel ex parte
modi manducādi.Primo ſic aut eniꝫ māducās accedit ad
ſacramentū diſpoſitꝰ:⁊ ſic dicit̃ manducare ſacramētaliter
ex parte rei q̄ manducatur.Aut eni māducat rem ſignifi/
catā ⁊ cōtentā ⁊ ſic iteꝝ māducatur ſacramentaliter. Aut
manducat rem ſignificatā ⁊ non contentā ⁊ ſic manduca/
tur ſpūaliter.Aut ꝑcipit gratiā ex parte modi manducādi
ſic.Aut eni ſumitur ſolo ore corporis:⁊ ſic māducatur ſa
cramentaliter.aut etiā ſumit̃ ore cordis:⁊ ſic māducatur
ſpūaliter.Spiritualiter eni māducare ē xp̄o ⁊ eccleſie icor

porari. Hoc aũt duplicit᷑ ē vel ꝑ modũ meriti credēdo vel virtute ſacramēti credēdo ⁊ ꝑcipiendo. Primo modo acci/pit᷑ ſpũaliter mãducare cõmuniter. ſcdõ modo magis ꝓprie Primꝰ modꝰ ſpũaliter mãducandi: põt alicui ꝓuenire ſine ſacramēto. ſecũdꝰ aũt modꝰ nõ. Et ꝙuis ſpũalis mãduca/catio ſufficiat ꝑ modo meriti ad ſalutē: nõ tamē ſufficit ſacramētaliter: q̃a melior ē iſte modꝰ mãducãdi ſpũaliter ꝙ̃ alter: eo ꝙ vtrũq; cõplectit᷑. Ex his dictis faciliter põt habe ri ſolutio cuiuſdã dicti cõmunis quo q̃rit᷑. An mortalis peccator nõ cõfeſſus nec cõtritꝰ ſumēs illud ſacramētũ vere ſumat corpꝰ xp̃i: q̃a vel ly vere determinat veritatē ſũptiõis ſacramētalis vel ſpũalis. Quo ad primũ dicit᷑ ꝙ ꝙ̃tumcũ/ꝙ ſit aliq̃s magnus peccator ſi ſumit illud ſacramentũ vere ſumit corpꝰ xp̃i: loquēdo de veritate ſũptionis ſacramētalis: q̃a qui vere ſumit cõtinens vere ſumit ⁊ cõtentũ: ſecũdũ ꝙ cõtinet᷑ ſub hꝰmõi cõtinente. ſ. ſub ſpeciebus panis q̃ ſunt ſacramentũ licʒ nõ ſint res ſacramēti. Vere tñ ſacramētaliter cõtinēt corpꝰ xp̃i: vt patʒ ex auctoribꝰ ſupra ad/ductis. Sed quo ad ſecũdũ dicit᷑ ꝙ nullus peccator morta/lis ſciens ſe eē. talē ſumit vere corpꝰ xp̃i: loquēdo de veritate ſpũalis ſũptionis. q̃a q̃ illo modo ſumit manet in xp̃o ⁊ xp̃s in eo. ſed nullus peccator mortalis manet in xp̃o nec xp̃s in eo: cũ talis nõ ſit mēbrũ vivēs xp̃i. Etiã nullꝰ mortuus põt cibũ vitalē vitaliter ſumere: ſed peccator morta/lis quantũ ad vitã ſpũalē mortuꝰ ē: q̃a ſeparatꝰ ab eo qui eſt vita aie. ſʒm aug. Et cibus iſte ē viuus cibꝰ ſeu vitalis dans vitã ſpũalē ſumēti eũ: iuxta illud Johan. vj. Ego ſuʒ panis viuus q̃ de celo deſcendi: ſi quis mãducauerit ex hoc pane viuet ineternũ.

Capitulũ. xij. an peccata venialia poſſũt im/pedire effectũ hꝰ ſacramēti in ſumente.

a Liqua ſũt peccata venialia ꝑ q̃ mēs nõ nimis diſtrahitur nec feruor caritatis ſēſibiliter diminuitur: hec in nullo impediũt effectũ huius ſacramēti. Sunt etiã nõnulla peccata venialia q̃ nõ ex toto impediunt ſed in ꝑte effectuʒ huius ſacramenti. Nam effectus huius ſacramēti non ſolũ eſt adeptio gratie vel caritatis: ſed etiam eſt quedã actualis refectio ſpiritualis dulcedinis: q̃ per peccata venialia impeditur. de hoc ſic loquitur ſanctus tho. Peccata venialia dupliciter poſſunt conſiderari. Uno modo inquantũ ſunt preterita. alio modo inquantũ ſunt exercitata. Primo modo in nullo impediunt effectum huius ſacramēti. Poteſt eniʒ contingere ꝙ aliquis poſt multa peccata venialia commiſſa: deuote accedat ad illud ſacramentũ ⁊ plenarie effectum huius ſacramenti conſequatur. Secundo modo peccata venialia non in toto ſed in parte impediunt effectum huius ſacramenti. quia ſi quis accedit mente diſtracta per peccata venialia que tollũt ab eo actualem deuotionem ⁊ refectionem ſpiritualis dulcedinis: non autē augmentum gratie habitualis vel caritatis. Unde iſte qui cũ actu venialis peccati accedit ad hoc ſacramentum: manducat in habitu ſpiritualiter ſed non actualiter. Et ideo habitualē effectũ huius ſacramenti percipit non autem actualem Hec tho. Ex quibus verbis colligitur. ꝙ accedens in peccatis veniali/bus: percipit augmentum gratie ⁊ caritatis habitualiter quãuis tamen per internam dulcedinem ſpiritualem non reficiatur actualiter. Et ſic patet conſequenter ꝙ peccata venialia in ſumente impediunt effectuʒ huius ſacramenti actualiter tantuʒ. ꝙ̃uis tamen non habitualiter ſic ꝙ non efficit actualiter in eo: ꝙ̃uis per virtutem ſacramenti con/ſequitur habitum ⁊ augmentum caritatis. Hec intelligenda ſunt de ſumente non exiſtēte in peccato mortali: ⁊ accedente in peccatis venialibus: deuotis orationibus ad hoc ſacramentũ ſe aptãte ⁊ de cõmiſſis dolēte. Et ꝙ̃uis peccata venialia nõ tollũt hꝰ ſacramēti effectũ ꝙ̃tũ ad habitũ vt ꝓmiſſũ ē: tñ magis bonũ ē ſi homo ꝑ cõfeſſionē vel alia remedia ſtudeat ſe de his emēdare. Verecũduʒ nãq; debet eſſe aie deuote cũ ad hoc ſacramētũ celeſte ſumendũ acceſſerit: ne celeſtis ſpõſus ad ipaʒ veniēs aliq̃ maculã cuiuſcũq; peccati etiã venialis quãtũ poſſibile ē inueniat. q̃a quãto quis cũ maiori cordis ⁊ corpis mũdicia ad hoc ſacramētũ acceſſerit: nõ dubiũ quin maiorē gratiã: ⁊ vberiorē fructũ ſpũa/liũ bonoꝝ exinde reportabit. etiã q̃a nichil purꝰ ea mente eſſe debet: q̃ in dei habitaculũ eſt ꝓparanda.

## Capitulū.xiiij.an ꝓpter nocturnalē pollutionē cōmunio ſit ꝑtermittēda.

Ad hoc ꝙ quis digne accedat ad eukariſtie ſacramē
a tū tria reqrunt̄. Primo mūdicia cōſcie q̄ nō tollit̄
niſi ꝑ peccatū. Secūdo ne ſit ibi indeuotio ſeu mē
tis ebetudo. Tertio ne ſit ibi corporis imūditia. Hec tria
qn̄qȝ ſimul cōcurrūt i aliqua pollutiōe nocturnali. qn̄qȝ duo
de his qn̄qȝ vnū tantū. ⁊ ſcḋm hoc homo magis vel minus
impedit̄. Et ideo diſtinguendū ē de pollutiōe. Vn̄ ſciendū
Pollutio nocturnalis ē coinq̄natio qua quis in ſōpno corrū
pitur ꝑ ſeminis emiſſionē. Et cōtingit qn̄qȝ ex nature ſuꝑ
fluitate: vel ex habūdantia materie ſeminalis ⁊ repletione
in vaſis ſeminalibꝰ nō valētibus eā retinere. qn̄qȝ ex infir/
mitate ⁊ debilitate virtutis retētiue ꝓpter debilitatē ner/
uoꝝ. ſicut qn̄qȝ contingit cū homines ieiunāt. ⁊ in iſtis nō
eſt peccatū: ſed potiꝰ quedā pena vel infirmitas. ⁊ in talibꝰ
caſibꝰ homo relinquitur ſibimetipſi. Quādoqȝ prouenit ex
crapula. ⁊ hec ꝓhibet a ꝑceptiōe corporis xp̄i: niſi tunc ne
ceſſitas aliqua: vel feſtiuitas alicuiꝰ ſolēnitatis cogat ad op
poſitū. Qn̄qȝ cōtingit ex imaginatiōe ⁊ cogitatiōe turpi pre
cedente. ⁊ hec tantū eſt peccatū: quātū meruit cogitatio p̄
cedēs. Quādoqȝ .n. cogitatio huiuſmōi turpiū ē ſine pecca/
to veniali: vt cū quis de talibꝰ eſſet diſputaturꝰ; oporteret
ꝙ de his cogitaret. Aliqn̄ etiā ē cum peccato veniali. ſ. qn̄
cogitatio in ſola delectatione finit̄ ſine cōſenſu deliberatōis
Qn̄qȝ etiā eſt mortale. ſ. quādo cōſenſus adiūgit̄. Et ſi du
bitat̄ de cōſenſu: an cōcurrebat ad cauſā pollutionis an nō
⁊ ſic cōſequēter dubitat̄: an ex peccato mortali vel veniali
pollutio acciderit abſtinere debet. q̄a teſte bea. greg. bonaꝝ
mentiū eſt ibi culpā agnoſcere vbi culpa nō eſt. ⁊ habet̄ de
cōſe. diſ. v. ca. ad eos. Si aūt expreſſe inuenerit cōſenſū nō
preceſſiſſe ⁊ tamē alia ꝑceſſerunt. ſ. imaginatio ⁊ delectatio
mala. ſic tamē ꝙ talis imaginatio finita erat i delectatiōe
abſqȝ cōſenſu deliberationis. tūc poteſt cōmunicare: ſi vr/
get neceſſitas ⁊ ſolēnitas feſti immineat. Quādoqȝ aūt ac
cidit ex illuſione diabolica deo ꝑmitēte. tūc ſi illuſiōis cau/
ſa in nobis ꝑceſſit. ſ. cogitatio turpis ⁊ imaginatio. tūc idē

eſt iudiciū ſicut de cogitatōe precedēte ſi vero nō. ſed oppo/
ſita cauſa potius. ⁊ hoc frequēter accidit in diebꝰ in quibꝰ
debet cōmunicare: tūc ſignū eſt ꝙ diabolus conat̄ homini
auferre fructū eukariſtie. vn̄ in tali caſu cōſultū fuit cuidā
monacho vt legit̄ in colla. patrū. ꝙ cōmunicaret. ⁊ ſic dia/
bolꝰ vidēs ſe nō poſſe cōſeq̄ itentū ab illuſiōe ceſſauit Sȝ q̄a
nō poteſt de facili ſciri cauſa ex qua cōtingat pollutio. idcir
co cōſultū ⁊ tutius eſt tali die abſtinere ꝓpter reuerentiā
ſacramēti. Et dicūt q̄dā ꝙ debet aſtinere ad. xxiiij. horas
q̄a in tali ſpatio natura deordinata ꝑ mentis ebetationē et
corꝑalē immūdiciā ecōuerſo reordinat̄. niſi neceſſitas incū
bat: vel ſolēnitas feſti immineat que contrariū exigit. Di/
co tamē ꝙ in predictis omnibꝰ pollutionibꝰ cōmuniter eſt
immūdicia corꝑalis. ſed mentis ebetudo non ē niſi in illis
pollutionibꝰ q̄ accidunt cum imaginatione. q̄a in illis que
ſine imaginatiōe accidūt. aīa nichil videt̄ ꝑdere. Nulla aūt
dictaꝝ pollutionū eſt peccatū in ſe. q̄a in ſomnis ex quo ra/
tio eſt ligata: nemo poteſt peccare. poteſt tamē eſſe ſignū
vel effectꝰ peccati. ⁊ ideo ſemꝑ recurrendū eſt ad cauſā pol/
lutionis. Ex hoc videt̄ quando ſit abſtinendū a cōmunione
⁊ qn̄ nō. Vn̄ de hoc habēt̄ metra. Crimē habet noctis pol/
lutio quando fuiſti Ebrius. aut primo meditatꝰ turpe fui
ſti. Crimen abeſt tua ſi natura ſuꝑflua tollit. Aut ſi debili
or vacuo ſe ventre reſoluit. De hac materia plene habetur
de conſe. diſ. vj. ca. teſtamentū. ⁊ eſt canon beati greg. Et
ꝑ Iſidoꝝ. j. li. ethi. habetur hoc idē ſimiliter. Sed dubium
manet. an pollutio q̄ incipit dormiendo: ⁊ terminat̄ in vi/
gilia ſit peccatū. Ad quod rn̄detur. ꝙ pollutio quantū ad
rationē meriti ⁊ demeriti: magis iudicat̄ ſecūdū principiū
quod eſt in dormiēdo: q̄ȝ ſecūdū finē q̄ eſt in vigilando. Ex
quo excitatꝰ eſt motu carnis in dormiēdo. nō ſubiacet vo/
luntati vigilantis ille motus vltimꝰ. Nec reputat̄ vigilaſ
ſe: quouſqȝ ꝑfectū vſū liberi arbitrij recuperauit. Poteſt tn̄
contingere ꝙ in ipſa vigilatiōe peccatū oriat̄. quod fit qn̄
pollutio placet ꝓpter delectationē. tūc talis cōplacentia aut
eſt ex ſurreptione: tūc eſt peccatū veniale. aut ē deliberate
⁊ cum conſenſu ⁊ tūc eſt mortale. Iſta aūt cōplacētia nō
facit preteritā pollutionē peccatū: q̄a nō ē ipſius cauſa: ſed

ipſa in ſe eſt peccatū. Si autē pollutio in euigilatiōe place
at ꝓpter hoc ꝙ eſt nature alleuatio ⁊ exoneratio: tūc pecca
tum fore nō credit̄. Sed q̄a in principio hꝰ capituli dictū ē
ꝙ in accedēte ad ſacramentū eukariſtie. req̄ritur ꝙ non ſit
immūdus corꝑaliter: ideo dubiū pulſat mentē: an immū/
dicia pure corꝑalis ſicut lepra: fluxus ſanguinis: ſeminis:
aut menſtrui impediant eukariſtie ꝑceptionē. Ad quod di/
cendū. ex quo iſte cibꝰ non ē corꝑalis ſed mētalis ⁊ ſpūalis
ideo in eiꝰ ſuſceptione magis cōſiderāda ⁊ attendēda ē mē/
tis deuotio ⁊ diſpoſitio q̄ꝫ corꝑis mūdicia. Et ideo diſtin/
guendū ē. q̄a talis immūdicia ſeu infirmitas: aut ē ꝑpetua
ſeu diuturna: aut ē tēporalis ⁊ cito curabilis. Si ē ꝑpetua
⁊ diuturna. tūc talis homo nullo modo debet abſtinere ne
ꝓpter immūdiciā corꝑis ꝑdantur fructꝰ mentis: vt accidit
in leproſis ⁊ patientibꝰ fluxū ſanguinis vel ſeminis. Si au
tem ē tēporalis ⁊ cito curabilis: tūc ſi aliq̄s in mēte ē be/
ne diſpoſitꝰ nō ꝓhibetur ſumere: q̄uis ad tēpus debeat ab/
ſtinere ꝓpter reuerentiā ſacramenti. De hoc plene in cano
ne diſ. vj. ca. ad eos.

Capitulū. xliij. an melius ſit ſacramētū
hoc frequētius accipere: q̄ꝫ rarius.

Cum hec queſtio inter diſpēſatores miſterioꝝ criſti
c videlꝫ ſacerdotes ſepiꝰ moueat̄. ideo de ea q̄tum ex
doctoribꝰ haberi poterit aliqua dicent̄. Queſtio igi
tur ꝓpōit̄ ſub hac verboꝝ forma Utrū ſacerdoti inſcio pec
cati mortalis exiſtenti in firmo ꝓpoſito a peccatis abſtinē
di: melius ſit quotidie ⁊ imp̄termiſſe miſſaꝫ celebrare: vel
meliꝰ ſit interdū abſtinere. Et arguit̄ primo ꝙ melius ſit
impretermiſſe celebrare. q̄a dicit bea. aug. Accipe quotidie
quod tibi ꝓſit. modo miſſa ſacerdoti ⁊ nō ſolū ſibi: ſed cun
ctis fidelibus viuis ⁊ defūctis ꝓdeſt. ideo debet corꝑꝰ xp̄i in
celebratione miſſe quotidie accipere. Sed ꝙ melius ſit ſa/
cerdoti interdum abſtinere: patet ꝑ ſanctū tho. ſic inq̄entē.
Non ē res quātūcūq̄ p̄cioſa ⁊ bona ſi nimis eſt cōmunis
aut tepeſcit in amore: vel vileſcit in reputatione. Ideo ne
hoc p̄cioſū ſacramētū vileſcat: vel eiꝰ amor tepeſcat: meliꝰ
eſt ſacerdoti interdū abſtinere. Ad illā queſtionē ſaluo iudi/
cio meliori. primo plane r̄ndebo: deinde per ſeptē cōcluſio/
nes. Quātū ad primū dico. Si q̄s ex frequēti vſu huiꝰ cibi
ſpūalis: fit cōtinue xp̄iformior. i. xp̄o in virtutibꝰ ſimilior
ſcꝫ humilior: magis miſericors: patientior: feruētior ad ce
leſtia. ⁊ ad eterna tepidior: elongātior a carnalibꝰ deuotior
in dei laudibꝰ: ⁊ largior in operibꝰ pietatis. ille poterit oī
die celebrare. Sed qui ſedule illo cibo vtitur ⁊ non fit xp̄i/
formior. ſed fortaſſis xp̄o difformior: vel in eadē habitudie
vel hebetudine ſemꝑ manet: nō videt̄ idonee diſpoſitꝰ ad hoc
ꝙ poſſit omni die celebrare aut cōmunicare. Sed diceres
ſi ſic: tūc boni viri ſemꝑ diſpoſiti q̄ quotidie celebrāt: vtiq̄
deberēt ſentire ſe augeri in p̄dictis virtutibꝰ ⁊ notabiliter
fieri xp̄iformiores. R̄ndet̄ ꝙ nōnulli ſancti preſbiteri olim
ex priuilegio effectꝰ hꝰ ſacramēti notabiliter ſenſerūt ſe xp̄i
formiores: ſicut aliq̄ deuoti p̄ſbiteri ſentiūt. ⁊ hoc ſecūduꝫ
eoꝝ in fide ⁊ deuotiōe diſpoſitionē ac diuine volūtatis er/
ga eos dignationē. ꝙ autē in omnibꝰ q̄ cōmuniter bene di/
ſpoſiti ſūt nō fiat ſimiliter rō eſt. Ne ſi ex effectibꝰ cōclude
retur hꝰ ſacramēti veritas: meritū tā magne fidei vacuare
tur. Cū ergo hoc ſacramētū agat nō naturaliter ſed ꝑ vo/
luntate xp̄i q̄ omniū corda nouit. q̄n̄q̄ vnus ſentit interiꝰ
hūc eius effectuꝫ: alter aliū: ⁊ alius nullū. Un̄ licet hoc ſa/
cramentū quodā occulto influxu augeat habitualiter fideꝫ
ſpem ⁊ caritatē ac ceteraꝝ virtutū oīm habitꝰ: hec tn̄ aug/
mentatio ſicut in q̄buſdā ꝑceptibiliter redundat in actualē
feruorē ⁊ quendā ſpūalē dulcedinis guſtū. ita in quibuſdaꝫ
ſolū manet in habitu ſuſpēſa tali redundantia in actu. Et
adhuc quandoq̄ ſuſpendit̄ in aliquibꝰ illa redundātia. ſic ꝙ
nō ſolū nichil deuotionis feruoris aut ſpūalis dulcedinis ſē
tiunt: ſed minus feruidos ⁊ alacres ad deū ſe reperiūt. ⁊ q̄
ſi grāꝫ plꝰ ſolito ſubtrahi lꝫ bene diſpoſiti fuerit q̄n̄ ſacra
mētū ſumpſerūt. Sed nec cui tale accidit diffidat. quia ſi
ſibi actus fortitudinis: puta ſuſtinere martiriuꝫ ꝓ xp̄o aut
grauis temptatio incūberet fortitudinē reperiret. vbi for/
taſſis alter qui ſpūaliter guſtū ſenſit caderet. Nonne petrꝰ
plus erga xp̄m verbuit ⁊ tamē ipſum primo negauit. ita ⁊
hic eſſe poteſt. Item aduertere debet talis. ꝙ quidā ſūt na/

turaliter molles ⁊ incitatores animi:⁊ ideo ex facili cópun
guntur ⁊ delectátur. Aliꝫ auté naturaliter ſút duri ⁊ rigidi
animi in quibꝰ idcirco nó faciliter ſe monſtrat interna ſpi
ritualis refectio ſicut in aliꝫs q̇ tñ minus ſút conſtátes. im
mo in caſu arduitatis iſti qui ſút rigidi animi firmiores eſ
ſent quéadmodú viri muliebres. Item multis de cauſis ⁊
modis ſepe hoim ſpũs affliguntur rigore ⁊ duritia q̇bus ſi
reperit homo ꝓbabiliter ſe cauſá nó dediſſe nó fatigat cum
res illa: q̇a deꝰ mille modis electos ſuos affligendo ꝓbare ſo
let. Nec adhuc ſacrificiú ſalutis offerre pigritetur. dicit eni
quidá. Diuina pietas ſalutẽ anime ſepius ⁊ ſacratiſſime et
fideliſſime operať cú ſolú fidei anima innititur: nec aliqua
dulcedine ſpũali fulciť non minus q̃ ſi ꝓſperitate ſpiritua
lium cariſmatú afflueret. Et ideo interdú tales gratie ſub
trahuntur vt ſubtracte auidius repetanť ⁊ recepte cautius
conſeruétur ⁊ vt ſic aia deo dilecta humilitatis ſtola exerci
tetur Unde diligẽter é aduertendú ꝙ ꝑmiſſus ſpũalis ſapor
aut internus q̇dem guſtus nó eſt niſi fidei debitꝰ effectꝰ. Ne
ꝙ eſt pñtis tẽporis: ſed eterne beatitudinis. Et ergo cum
datur alicui in ſacraméto vel extra gratias agat deo. Cuꝫ
vero non datur: iteꝝ gratias agat ⁊ patienter ſuſtineat ſci
ens q̇a non é in poteſtate ſua ſed ſúmi ⁊ benigniſſimi largi
toris qui nó ad volútaté hominis qñ ipſe vult: ſed qñ ſibi
placuerit tribuit ꝓut iudicauerit eſſe ad laudem ſuá ⁊ hois
vtilitaté ⁊ ſaluté. Non ergo qui nichil ſpũalis ſaporis ꝑce
perit in hꝰ ſacraméti ſumptióe diffidat aut deſperet ſed pu
tet hec. aut ad ꝓbationé fidei: aut incitationeꝫ ſui incidere
vt ſic attentius aut ꝑticularią circa illud excellentiſſimum
miſteriú conſideret ⁊ meditetur vt ex hoc inardeſcés ſe ad
hoc dignius ſumendú abilitet ⁊ diſponat. Iſtis ſic ſtantibꝰ
venio ad concluſiones. Prima cóclusio ſit hec. Non poteſt
dari omnibus ſacerdotibus ſuper quotitate celebrationis
miſſaꝝ regula vniformis. Et loquor etiá de ſacerdotibꝰ in
ſciꝫs peccatoꝝ mortaliú de q̇bus querit q̃ſtio. Et ꝓbať con
cluſio hec ex ſimili: quia ſicut non pót vna forma ſeruari
in dandis medicinis corpoꝝ: qñꝙ ꝓpter diuerſitatem com
plexionú: qñꝙ ob diuerſitaté viriú: aut loci aut tẽporis aut
diete. ſic etiam de medicina ſpũali intelligendú eſt quod ſic

ꝓbatur quia omnes tranſſerentes ſe ſecúduꝫ aliquá ſimili/
tudiné ſe traſſerút vt philoſophꝰ dicit in topicis. Sút .n.
diuerſoꝝ diuerſa ſtudia. Aliqui ſút occupati terrenis curis
aliq̇ totaliter ſpũalibꝰ intéti. aliq̇ magis circunſpecti in cu
ſtodia vite ſue. aliꝫ minꝰ. Primi melius poſſút ſe diſponere
ad ſacramentú q̃ ſecúdi: igitur cõcluſio vera. Concluſio
ſecunda. Quotidie celebrare de facto é laudabile. Probatur
illa concluſio. Illud quod conſeruat aiam ne in vita ſpũali
deficiat hoc de facto eſt laudabile/ſed quotidiana celebratio
ſacerdotis ad hoc diſpoſiti é huiuſmói: igiť ⁊c. maior ꝓbať.
Nam ſicut alimentú quotidianú animali corporali ad ſer/
uandá vitá naturalé eſt neceſſariú ſic alimentú ſpũale: vt é
hoc venerabile ſacramentú ad vitá aie ſeruandú ſúme é ne
ceſſariú. igiť ⁊c. Cóclusio tertia. Interdum abſtinere a
celebratione miſſe róne facientis é laudabile. Probatur có
cluſio ſic. Omne illud quod ordinať ad reuerentiá huiꝰ ſa/
cramenti róe facientis eſt laudabile. ſed interdú abſtinere a
celebratione miſſe ordinatur ad augmentú reuerentie ⁊ de
uotióis. igitur ratióe facientis é laudabile: ⁊ per cóſequens
cóclusio vera. Correlarie ſequiť ꝙ boni ſacerdotes qñꝙ ad
tempus abſtinent a celebratione vt coꝝ deuotio augeatur
⁊ vt eo melius diſponét ſe. Correlariú patet ex cóclusione.
Concluſio quarta. Sacerdos q̃to ſepius pót ad hoc ſacra/
mentú ſtudeat ſe ꝑparare. Probatur quia in hoc erit i ma
iori cuſtodia vite ſue ⁊ conſcie ⁊ ſecurius intendit viuere.
igiť concluſio vera. Concluſio quinta. Sacerdos faciés
quod in ſe eſt potius debet ex confidétia diuine pietatis ac
cedere ad miſſam celebrandá q̃ ex cóſideratione ꝓpria abſti
nere. Probať concluſio auctoritate ambro. ſic dicétis. Gra
ue eſt ꝙ ad menſá dñi múdo corde manibꝰ innocentibꝰ nó
venimꝰ ſed grauius eſt ſi dú peccata metuimus ſacrificiuꝫ
non reddamꝰ. Concluſio ſexta. Melius eſt quotidie ce/
lebrare ex amore ⁊ deuotione q̃ interdú abſtinere ex timo/
re. Probatur ſic omne bonú ꝑ ſe melius é bono ꝑ accidenſ
ſed celebrare quotidie ex deuotione ⁊ amore é de ꝑ ſe bonú
ſed abſtinere interdú eſt bonum per accidés vt. ſ. augeatur
deuotio ⁊ maioreť reuerétia. igiť primú eſt meliꝰ. Correla
rie ſequiť ſi ſacerdos quotidie ſentit ſe ꝑparatú ad miſſam

celebrandā.⁊ deuotio eiꝰ ⁊ amor erga ſacramētū nō dimi/
nuatur.laudabile eſt ꝙ quotidie celebret. Patet ex cōcluſi
one. Et illud correlariū innuit btūs aug.ſic dicēs.Quoti/
die accipe quod tibi ꝓſit.ſic viue ꝙ quotidie merearis ac/
pere.Cui cōſonat beatꝰ gregorius in hec verba.Si ꝗs pec
cādi ꝓpoſitū nō habet.quotidie celebrare dꝫ.ne priuet ſan
ctā trinitatē maxima laude ⁊ gloria.angelos leticia.viuos
gratia.defūctos venia.Inter oia eni opa meritoria prima
tū tenet miſſa. Et in li.dyalogorū ſic inquit.Debemꝰ ita
qꝫ preſens ſeculū tota mēte cōtemnere.quotidiana deo la/
crimarū ſacrificia offerre.quotidianas eius carnis hoſtias
ymmolare ⁊ ſanguinis. Concluſio.vij.Ex parte fragili/
tatis humane/laudabile videt̄/ꝙ ſacerdos nō raro/nec im
pretermiſſe ſanctā hoſtiā in celebratione miſſarū accipiat.
Probatur illa cōcluſio.ꝗa ſi raro celebrat/minꝰ circūſpec
tus erit in vita ſua.ſi vero impretermiſſe celebrat/hoc no
tare videtur aliqualē irreuerētiā/cū vix aliquis tā deuotꝰ
ſit.qui ſemꝑ eadē deuotione ferueat/quin etiā aliquādo ali
quātulū tepeat.Hec cōcluſio videt̄ eē de intētiōe bea.aug.
in libro de eccleſiaſticis dogmatibꝰ.⁊ habetur de cōſe. diſ.
ij.ca.quotidie.vbi ſic dicit Quotidie euchariſtiam ſumere
nec laudo/nec vitupero.oibus tamē dominicis diebꝰ cōmu
nicandū exhortor:Si tamē mēs in affectu peccandi ē.gra
uari magis dico eucharistie ꝑceptione ꝙ̄ purificari. Et ſe
cūdū glo.ibidē aug.hoc dicit/ignorās mentem ſumentium
vtrū ſint digne vel nō.tanꝙ̄ qui mentē alterius videre nō
poterat.⁊ ſubdit ibidē. Dixerit ergo quiſpiā cōmunicādum
eſſe.alius affirmat quotidie nō eſſe cōmunicandum.faciat
vnuſquiſqꝫ quod ſecūdū ſuā fidē pie credit eſſe faciēdū.Ne
qꝫ eni litigauerūt adinuicē zacheus ⁊ ipſe cēturio.cū alter
eorū gaudēs in domū ſuā ſuſcepit dominū ſuū alter vero
dixit domine nō ſū dignus vt intres ſub tectū ⁊c.Idē inu
it innocencius ſic dicēs.In ꝑceptione corporis ⁊ ſāguinis
xp̄i magna eſt diligētia adhibēda.Cauendū eni eſt/ne ſi ni
miū deferatur/mortis periculū incurratur.dn̄o dicēte. Ni
ſi māducaueritis carnē filij hominis ⁊ biberitis eius ſāgui
nē/nō habebitis vitā in vobis.Si vero quis indigne ſūp/
ſerit/iudiciū dāpnationis incurrit.apoſtolo teſte qui ait.

Qui māducat ⁊ bibit indigne.iudiciū ſibi māducat ⁊ bibit
Ideoqꝫ iuxta eiuſdē apoſtoli doctrinā probet ſeipm̄ homo.
⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Neceſſaria itaqꝫ vi
detur nobis bene viuendi neceſſitas ne corpus dn̄i vel idig
ne ſumēdo ſumamꝰ iudiciū.vel ceſſando nichilominꝰ icur
ramus ꝑiculū. Neceſſario quippe ſumēdus eſt agnus.vt a
deuaſtante angelo protegamur. Non enim exire poſſumus
de egipto/niſi agnū paſcalē edendo phaſe dn̄o celebremus.
hec ille. Ex hijs dictis patet ſolutio queſtionis ⁊ rationum
ad vtrāqꝫ partē. Dicto ergo de ſacerdotibus/aliqua ſunt vi
denda de cōmunione laycorū.vnde ſecundū canones/ex in/
ſtitutione fabiani pape.Quilibet xp̄ianus/ſi nō frequētius
ſaltem ter in anno debet cōmunicare/ſi nō vult eccleſiaſti/
cis carere liminibus.ſcꝫ in paſca. penthecoſte.⁊ in natali
dn̄i.⁊ habetur de cōſe.diſ.ij.ca.ſi nō frequētius.ymmo ſe/
cūdū cōſiliū agatenſe ſeculares qui hijs tribus tēporibꝰ nō
cōmunicauerint catholici nō eſtimātur.nec inter catholi/
cos habeantur.Hoc eſt verū ſecūdū glo.niſi propter humi
litatē vel delicti cōſciētiam abſtineant.Sed quia homines
multū ceperunt in caritate tepeſcere ⁊ eſſe negligētes:ideo
innocencius tercius ſtatuit ꝙ ad minus xp̄ifidelis ſemel in
anno cōmunicet.ſcꝫ in paſca ſub pena excomunicationis ⁊
carentie eccleſiaſtice ſepulture.vt habetur extra de penitē
tia ⁊ remiſſione ca.oīs vtriuſqꝫ ſexus.Quidā tamē doctor
ponit aliū modū capiendi cōmunionē dicens ſi homo ſētit
ſe in ſtatu primitiue eccleſie fore videlicꝫ ꝙ ſētit ſe eſſe ita
feruentē in caritate xp̄i ſicut ſancti apoſtoli ⁊ martires fue
runt cōmunicet frequenter.ſi vero ſentit ſe eſſe in ſtatu fi
nalis eccleſie ſcꝫ cor ſuū eſſe frigidū ⁊ in amore dei tepidū
raro comunicet.ſi vero medio modo ſe habet tunc interdū
abſtineat vt plus inflāmetur ardore caritatis ⁊ deuotionis
Et ſecundū quā partē ſe videt melius proficere ad illā de/
clinet.quod homo faciliter in ſe per experiētiā poteſt cog/
noſcere. Et tantū ſit dictū de ſacramento eucharistie in ge
nerali.

## Tractatus tercius libri primi.

q Uia in precedenti tractatu viſū ē de ſacramento eukariſtie in generali. videlicet de ip̄ius dignitate ⁊ neceſſitate. ⁊ ſic de alijs. ideo iā quātū ad tractatū terciū aliqua ſunt dicēda de huiꝰ ſacramēti miniſtro in officio miſſe vſu quotidiano ip̄m ſumēte ⁊ tractāte. ⁊ habebit ille tractatus octo capitula. Primū erit de quibuſdā conditionibus requiſitis ad debitū miniſtrū huiꝰ ſacramenti. Secūdū de diuerſis noībus ſacerdotū in canone biblie expreſſis. Terciū de eorū dignitate ⁊ excellentia. Quartū de ip̄orū honeſtate ⁊ clericali decentia. Quintū de ip̄orū caſtitate. Sextū de clericali corona. Septimū quo modo ſacerdotes ad miſſā ſe debeant preparare. Octauū de indigne conficientibus ⁊ ſumentibus corpus xp̄i.

## Capitulū primū de conditionibꝰ reꝗſitis ad debitū miniſtrū huius ſacramenti.

iohánis baptiſte venit infra octauá apoſtoloruꝫ petri ⁊ pau
li in qua prefatio de apoſtolis canit̃. ſed octana laurentij ve
nit infra octauá aſſumptionis beate virginis i qua canitur
p̄fatio de beata virgine. Hoꝝ oim feſtoꝝ cómemoratio fit i
ſymbolo. quorūdá tn̄ obſente vt ephie quod é feſtū baptiſ/
mi. De quo i ſymbolo. Cófiteor vnū baptiſma. Cene dn̄i.
q̄ é ſolénitas eukariſtie. ad quá reſpicit illud. ſáctoꝝ cómu/
nioné Angeloꝝ. q̄ noie celi debét intelligi cómemoratio fit
cū dicit̃ Factoré celi ⁊ terre. ſꝫm illud. In pricipio creauit
deꝰ celū ⁊ terrá. id é naturá angelicá ⁊ humaná. Attn̄ iſto
nó obſtáte. videt̃ q̄buſdá i feſto angeloꝝ ſimbolū nó eſſe cá/
tádū. eo ꝙ angeli nūꝗ̄ habuerūt fidé. ſꝫ ſpé. nó credétes ſed
agnoſcétes ſeu ſciétes. Eccleſiaꝝ dedicatónes reſpicit illud
ſáctaꝫ eccleſiá catholicá. Paſſióis ⁊ ſepulture articuli ꝗ̄uis
i ſymbolo cótinent̃. tn̄ i cómemoratióe ipoꝝ ſimbolū nó cá
tat̃ q2 iſtoꝝ dieꝝ officiū regulá nó ſectat̃. Péthecoſtes tágit̃
ibi ⁊ in ſpmſcūꝫ. verſꝰ. Pria canit feria. ſéꝑ credo ſimul iſ
ta. Crux ⁊ terribilis xp̄s cū virgie matre. Oés ſácti. lucas
patronꝰ cū duodenis. Sꝫ tn̄ cathedrá demas. olciqꝫ iohāné
Si dát octauas credo cantaſqꝫ ꝑ illas. Nó hꝫ hoc micha/
hel. nec hoc baptiſta iohánes. Martir cófeſſor. nec virgo re
tinet illud. Magdalena canit̃. luce marcoqꝫ negat̃. Quidá
tn̄ canūt credo in diebꝰ luce ⁊ marci. eo ꝙ doctrina eoꝝ ec
cleſia é corroborata. ſꝫm illud. ⁊ vná ſáctá eccleſiá catholi/
cá. Alij vero dicūt ꝙ nó. q2 nó fuerūt apſtoli. Rónale tn̄ ſo
nat ꝙ rónabilit̃ i die iohāis baptiſte ſimbolū poſſit decáta
ri. eo ꝙ iohés pluſꝗ̄ ꝓpheta fuit. De ꝓphetis auté talis fit
métio i ſimbolo cū dicit̃. q̄ locutꝰ eſt ꝑ ꝓphetas. Quátū ad
vltimū. ſcꝫ de expoſitóe ſimboli é ſciédū ꝙ ſimbolū nicenū
quod i miſſa cátat̃ diuidit̃ i duodeci ꝑtes. ſꝫm duodecim fi/
dei articulos. Prima ꝑs eſt de vnitate eſſétie deitatis. ⁊ de

ꝑſona patris ſpecialiſ. Secūda ps ē de ꝑſona filij. ⁊ incipit
ibi. ⁊ i vnū dn̄m. Tercia ps de icarnatōe ⁊ natiuitate xp̄i
ꝗ ꝓpſ nos hoies. Quarta de paſſiōe ⁊ ſepultura xp̄i. ibi cru
cifixus etiā ꝓ nobis. Quīta de reſurrectiōe. ibi ⁊ reſurrexit
tercia die. Sexta de aſcēſione. ibi ⁊ aſcēdit in celū. Septia
de aduentu ad iudiciū. ibi ⁊ iteꝝ venturꝰ eſt cū gloria iudi
care. Octaua de ꝑſona ſpūſſancti. ibi ⁊ i ſp̄mſanctum dn̄m.
Nona de eccleſia catholica. ibi ⁊ vnā ſāctā catholicam. De
cima de baptiſmo. ibi confiteor vnū baptiſma. Undecia de
reſurrectōe nouiſſima. ibi ⁊ expecto reſurrectiōez: Duodecia
de vita eterna. ibi ⁊ vitā venturi ſeculi. Aliſ pōt diuidi. ita
ꝙ prio ponunſ q̄dā q̄ ꝑtinēt ad eſſentie vnitatē. ſecūdo q̄ ꝑ
tinēt ad ꝑſonaꝝ trinitatē. ibi patrē oipotētē. Quātū ad eſſē
tie vnitatē diciſ hic. credo i deū. Ibi nota. differētia ē inter
credere deū. ⁊ credere deo. ⁊ credere i deū. Credere deuz. eſt
credere deū eſſe/ſeu ꝙ ip̄e deus ſit. ⁊ hoc demones faciunt.
ſzm qꝺ diciſ i canonica iacobi. c. ij. Demones credūt ⁊ cō/
tremiſcūt. Sed credere deo ē credere vera eſſe q̄ deꝰ loq̄tur
⁊ ſic mali etiā credūt. Sed credere in deū eſt credēdo deum
amare. ⁊ ꝑ amorē ei adherere. quod ſoli boni faciūt. ergo ꝗ
dixit ſe credere in deū mentiſ ſi nō diligit ip̄m. Et diciſ no
tāter i vnū. quod additū fuit ꝑ eccleſiā ad ſymbolū aplōrū
ad corrigendū errorē quorūdā hereticoꝝ. ꝗ ſicut tres in tri
nitate ꝑſonas ita quoqz tres aſſerūt eſſe deos. Cōtra quos
diciſ deutro. vi. Audi iſrabel. dn̄s deꝰ tuꝰ vnꝰ ē. Et innuiſ
etiā in hoc vnitas eſſentie diuinitatis. cōtra qꝺ errāt arria
ni. ꝗ diuerſas in trinitate ſubſtātias aſſerūt. cōtra illud eſt
quod dn̄s dicit. ego ⁊ pater vnū ſumꝰ. Sequiſ patrē oipotē
tē vbi ponunſ ea q̄ ꝑtinēt ad ꝑſonaꝝ trinitatē. Et diuidiſ i
tres ꝑtes. qr primo ponunſ illa q̄ ꝑtinent ad ꝑſonā patris
Secūdo q̄ ꝑtinēt ad perſonā filij. ibi ⁊ in vnū dn̄z ihūz xp̄z
Tercio q̄ ꝑtinēt ad ſpūmſāctū. ibi ⁊ in ſpūmſāctū dn̄z. Pri
ma adhuc in duas. qr primo poniſ quod pertinet ad patrē
in ſe. Scdō quod pertinet ad ip̄z per reſpectū ad creaturas.
ibi factorē celi. Ex illis ergo ꝑticulis colligiſ. ꝙ tres ſūt ꝑ
ſone in diuinitate. Cōtra qꝺ errāt ſabelliani. ꝗ aſſerūt vnā
ꝑſonā patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſācti. Hanc ꝑſonaꝝ diſtinctōz innuit
pſalmiſta cū dicit. Benedicat nos deꝰ. deꝰ noſter ⁊ bn̄dicat

nos deꝰ. Dicit prio bn̄dicat nos deꝰ ſupple pr̄. ⁊ ſubiungit
deꝰ noſter ſcz deus filiꝰ ꝗ ſignanter diciſ noſter rōe aſſūpte
humanitatis qr caro ⁊ fraſ noſter ē. ⁊ addit bn̄dicat nos de
us ſupple ſpūſſāctꝰ Et diciſ notāter oipotētē. qr oia q̄ vult
pōt eo ꝙ nō ē ipoſſibile apud deū omē verbū. luce. i. Cōtra
hoc errāt phi gētiles vt ariſtotiles ⁊ ſui ſequaces negātes
deū eſſe ifiniti vigoris. Et ꝙ nō poſſit aliq̄d ꝓducere ex ni
chilo. Secūdo dicit factorē celi ⁊ terre ꝑ hoc cōfūdunſ here
tici ꝗ aliū celi aliū terre aſſerūt creatorē. vnū corporalē ali
uz ſpūalem. Cōtra quos moyſes dicit gen̄. i. In principio
creauit deꝰ celū ⁊ terrā. Et iohānis. i. Omnia ꝑ ip̄m facta
ſunt. Et ſpecialiter archimachiaci ⁊ menādrini. ꝗ vniuerſi
tatem mūdialē opa angeloꝝ eſſe defendunt. Cōtra quos di
ciſ i ps. Initio tu dn̄e terrā fundaſti ⁊ opa manuū tuaꝝ ſūt
celi. Et ſubdiſ. ⁊ inuiſibiliū oim. cōtra errorē manicheoꝝ.
qui ſpūalia dicūt eſſe creata a bono primo principio. ⁊ cor
poralia ſeu tꝑalia dicūt eſſe creata a malo principio. Cōfu
taſ in hoc etiā error auicēne. qui ſicut recitat auerrois cō/
mētator ſuꝑ. xij. methaphi. voluit. ꝙ pria intelligētia crea
ret ſecūdā. ⁊ ſecūda terciā. ⁊ ſic deiceps. Seq̄tur. ⁊ i vnum
dn̄m ihūm xp̄m. vbi ponunſ ea q̄ ꝑtinēt ad ꝑſonā filij. Et
diuidiſ in duas partes: qr primo ponunſ ea q̄ pertinent ad
filij diuinitatē. Secūdo ea que pertinēt ad filij humanitatē
Ibi. Qui ꝓpter nos hoies. Quantum ad diuinitatez dicit.
Et in vnū dn̄m. Hic exprimiſ ſecūdus fidei articulus ꝗ eſt
de media ꝑſona i trinitate. ſcz iheſus qui interp̄taſ ſalua/
tor. math. i. Ip̄e eni ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eoꝝ
Et eſt xp̄s qui interp̄taſ vnctus. Ip̄e eni eſt vnctꝰ oleo leti
cie p̄ cōſortibus ſuis ps. xliiij. Et ē filius dei patris ſzm il
lud dauid ps. ij. Filiꝰ meꝰ es tu. ego hodie genui te. Et eſt
dn̄s noſter. qr nos creauit. ⁊ nos ſuo ſāguine lauit. apoc. i.
Ad quē dn̄z deꝰ pater ſic loq̄tur ps: cix. dixit dn̄s dn̄o meo
ſede a dextris meis. Hic ē filiꝰ vnigēitꝰ. qr i diuinitate nō
ſūt plures filij ſzm generatōz. ⁊ ergo diciſ i vnū qꝺ ē cōtra
dicētes ꝙ xp̄s erat duplex ꝑſona. cū tn̄ athanaſiꝰ dicat. ꝙ ſi
cut aīa rōnalis ⁊ caro vnꝰ ē hō. Ita deꝰ ⁊ hō vnꝰ ē xp̄us ⁊
diciſ dn̄z. cōtra illos ꝗ dixerūt xp̄m eſſe puꝝ hoiem. qr dn̄a
tio ad diuinitatē ꝑtinet. Sequiſ filiū dei vnigēitū. Quod ē

cōtra iudeos negātes eū eſſe ſaluatorē ⁊ filiū dei. Et etiā
cōtra illos qui dixerūt eū nō emanaſſe ꝑ modū originis a pa
tre. ⁊ addit̄ vnigenitū. quod ē cōtra fōtinū. q̄ dixit xp̄m nō
eſſe filiū dei aliter q̄ ſicut alij boni viri q̄ ſūt filij dei ꝑ adop
tionē. ⁊ etiā cōtra manicheos q̄ poſuerūt plures filios i di
uinis. Sequitur ⁊ ex patre natū ante oīa ſecula. xp̄s enim
filius dei ex patre eſt genitus. ⁊ eſt filius ſcḋm generatōnē
⁊ ꝑticipatōez eſſentie. Cōtra quod crediderūt boneſiaci ⁊ bo
niſacij. qui xp̄m filiū dei adoptiuū ⁊ nō ꝓpriū aſſerūt. Et ē
genitus filiꝰ dei ex patre an̄ oīa ſecula. Quod dicit̄ ꝓpt ar/
rianos. qui dicūt filiū dei nō eſſe coeternū patri. ſic arguē/
tes. ſi genitꝰ ē a patre ergo poſterior ē patre. Contra quos
ait beatus aug. vi. de tri. Stati cū ignis eſt naſcit̄ eiꝰ ſplē
dor. ⁊ tn̄ ſplēdor ignis nō ē poſterior igne. ⁊ dato ꝑ poſſibi
li q̄ ignis fuiſſet ab eterno. etiā ſplēdor eius fuiſſet ab eter
no. Et ſi pes ab eterno ſtetiſſet in puluere tūc etiam veſti/
gium pedis fuiſſet ab eterno. q̄uis tn̄ veſtigiū haberet eſſe
a pede. Sic ⁊ in diuinis q̄uis filiꝰ ſit genitus a patre. tn̄ e
que bn̄ ē coeternꝰ patri. Seq̄tur deū de deo. hoc dicit̄ cō/
tra hereticos. q̄ xp̄m tm̄ hoiem aſſerebāt ſicut carpocriſi
ani. ⁊ cōtra alios q̄ arguebāt. Si genitꝰ ē tūc creatura ē ⁊
nō deꝰ. Et addit̄ lumen de lumie. ad oſtēdendū filiū eſſe ge
nitū a patre ſine ſubſtātie paterne diminutōe. Pater. n. ge
nerādo filiū totā ſubſtātiā ſibi dedit ſine diminutōe ⁊ ſine di
uiſione. ⁊ tn̄ totā ſubſtātiā ſibi retinuit ſine diminutiōe ſi/
cut lumen a lumine aſcēditur abſq; alteriꝰ lumis defectu ⁊
ſubiūgit̄ deū verū de deo vero. Quia ſine alteratōe ſine trāſ
mutatōe ac ſine fictōe verꝰ deus de vero deo naſcit̄. ⁊ q̄ ar
rius dixit ipm̄ eſſe factū ſicut aliā creaturā. cōtra hoc addi
tur. Genitū nō factū. Itē q̄ dixit q̄ nō ſit vna natura cum
patre. ideo addit̄ cōſubſtantialē patri. id ē vniꝰ ſubſtātie ſeu
eſſentie cū patre. ⁊ ſubiūgitur. ꝑ quē oīa facta ſunt. Iuxta
illud iohāis. i. Oia per ipm̄ facta ſūt. Quod ē cōtra illos q̄
nō poſuerūt eū eſſe creatorē. Sic ergo patet q̄ credere de/
bemꝰ. q̄ xp̄s ſit vnigenitꝰ ⁊ verus dei filiꝰ. ⁊ q̄ fuit cū pa
tre eternaliter ⁊ vniꝰ nature ⁊ ſubſtātie cū patre. alia tn̄ ꝑſo
na a patre. Sequit̄ q̄ ꝓpter nos homines. Illa ē tercia ꝑti
cula in qua ponunt̄ ꝑtinentia ad humanitatē xp̄i. vbi q̄ſq;

declarant. Pꝛio incarnatōis miſteriū. cū dicit̄ q̄ ꝓpter nos
hoies ⁊c. Secūdo paſſio ibi crucifixus. Tercio reſurrectio.
ibi ⁊ reſurrexit. Quarto aſcēſio. ibi Aſcendit in celū. Qui
to aduētus ad iudiciū. ibi ⁊ iterū venturus eſt cum gloria
Pꝛio igitur agit̄ de incarnatōe xp̄i. vbi quatuor tāgit̄ con
currentia ad incarnationē. Primo cauſā finalē. ⁊ hāc dupli
cem. q̄ ꝓpter nos hoies ⁊ ꝓpter noſtrā ſalutē. Secūdo po
nit modū ⁊ formā. ibi deſcendit de celis. Tercio ponit cāz
efficientē. ibi de ſpūſancto. Quarto ponit cām materialē.
ibi ex maria virgine. Seq̄tur ⁊ hō factus ē. ſupple nō cōfu/
ſione ſubſtātie aut trāſmutatōe. ſ; humanitatē aſſumendo
ad vnitatē ꝑſone. ⁊ ideo credere debemꝰ nō ſolū xp̄m filiū
dei ymo eiꝰ icarnatōez. vn̄ ⁊ iohāes poſtq̄ dixerat de verbo
dei multa ſubtilia ⁊ ardua cōſeq̄nter iſinuat nobis eiꝰ in
carnatōez dicēs. Et verbū caro factū ē ⁊ habitauit i nobis
Dicit ergo q̄ ipſe filiꝰ dei vnigenitꝰ ꝓpt nr̄ām ſalutē deſcē
dit de celis. vn̄ iohāis. iij. dicit̄: Sic deꝰ dilexit mūdū. vt fi
liū ſuū vnigenitū daret. Et aug. dicit. Si deꝰ peccōres nō
dilexiſſet de celis ad liberādū eos nō deſcēdiſſet. De iſto deſ
cēſu dicit̄ i ps. Inclinauit celos ⁊ deſcēdit. Iſtū deſcēſū ſuſ
pirādo petit yſa. xliiij. c. dicēs Utinā dirūpes celos ⁊ deſcē
deres. Et icarnatꝰ ē de ſpūſācto. iuxta illud luce. i. Spūs
ſcūs ſuꝑueniet in te. ⁊ virtus altiſſimi obūbrabit tibi. Et
licet tota trinitas fuerit incarnatōis opata attribuit̄ tn̄ ſpe
cialiter ſpūiſcō. q̄ incarnatio ē opus caritatis ⁊ donū lar/
gitatis. Et q̄ ſpūſſāctus ē donū ⁊ amor nexus patris ⁊ fi/
lij. ideo ſibi attribuit̄. Et nota ly de q̄nq; ſignificat cauſā
materialē vt ibi xp̄s natus eſt de virgīe. Quādoq; circūſtā
tiā cauſe efficiētis. vt hic ⁊ incarnatus ē de ſpūſācto. Quā
doq; ydemptitatē ſubſtantie. vt cū dicit̄ deū de deo. Quādo
q; trāſubſtātiatōez. vt cū dicit̄ corpꝰ xp̄i fit de pane. Sub
dit̄ Ex maria virgīe hoc ē cōtra valētinianos qui dixerūt
xp̄m nichil corꝑis ex maria virgīe ſūpſiſſe. ſ; tanq̄ ꝑ fiſtu
lā trāſiuiſſe. Etiā eſt cōtra illos qui dixerūt q̄ btā virgo
poſtea plures genuit filios. ⁊ ideo ſpūſſācti iformatōe deuo
tio vulgariū dicit. ex maria ꝑpetua virgīe vbi nos dicimꝰ
ex maria virgīe. ⁊ iplicite itelligimꝰ v̄gis ꝑpetuitatē ⁊ hoc
ꝓphetizauit yſa. dicēs. Ecce virgo cōcipiet ⁊ ꝑiet filiū yſa.

ix . Erubeſcat ergo infelix iudeus.q̄ dicit xp̄m ex ioſeph ſe
mine eſſe natū. Et q2 arri9 ⁊ appollinaris dicunt.ꝙ licet
xp̄s fuit verbū dei ⁊ virginis fili9.nō tñ habuit verā aiam
ſꝫ loco aie fuit in eo diuinitas.quod ē cōtra euāgeliū.mat.
xxvi. Triſtis ē aia mea vſqꝫ ad mortē. Et ad hoc deſtruē/
dū addit.⁊ hō factus eſt. Hō eni ex corpore ⁊ aia ex neceſſi/
tate cōſtituit. Idē etiā ē cōtra manicheos q̄ dicūt xp̄m non
aſſūpſiſſe carnē verā ſed fantiſticā. Et hoc eſt falſuꝫ.q2 nō
decet doctorē veritatis aliquā habere falſitatē. Propt hoc
dixit diſcipulis luce.xxiiij. Palpate ⁊ videte manus meas ⁊
pedes meos q2 ſpūs carnē ⁊ oſſa nō habet. Et qñ hoc can/
tat.tūc genua flectunt a populo ob reuerētiā dñice incar/
natōis.⁊ cū dicit crucifix9 etiā ꝓ nobis.tūc cū pollice crux
formatur.⁊ oſculat altare ob reuerentiā paſſionis dñice. Et
in hoc articulo de paſſione xp̄i quatuor tāgunt ex pte paſſi
onis. Primo tangit paſſionis actū cū dicit.crucifixus id eſt
cruci affixus. Hoc dicit cōtra baſilianos q̄ xp̄ꝫ.paſſū abne
gant. Et cōtra manicheos qui ſicut dicūt xp̄ꝫ habuiſſe cor
pus fantaſticū.ita paſſionē verā nō habuiſſe. Contra quos
dicit in pſal.xxi. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos. Et
yſa.liij. Vere lāguores noſtros ip̄e portauit. Secūdo tāgit
paſſionis obiectū ſiue illos ꝓ q̄bus ē paſſus.cū dicitur etiā
ꝓ nobis.vñ ad philip.ij.dicitur xp̄s ſemel mortu9 ē ꝓ pec/
catis noſtris.⁊ yſa.liij. Ip̄e vulneratus ē ꝓpter iniquitates
noſtras. Tercio deſcribit tp̄s paſſionis.cū dicitur ſub pō/
cio pilato. Crucifix9 ē eni tpe pilati p̄ſidis q̄ dicebatur pō
ci9 a pōcia iſula i qua exulauit: Quarto ponit ſignū ibi paſ
ſus ⁊ ſepultus ē.⁊ paſſus addit cōtra hereticos q̄ dicebant
ꝙ xp̄s nō vere doluiſſet.nec paſſus fuiſſet niſi apparenter.
Cōtra quos ip̄a veritas ait. Triſtis ē aia mea vſqꝫ ad mor
tē mat.xxvi.vbi orauit patrē. Pater iquit ſi vis trāſfer ca/
licē a me. Et factus eſt ſudor ei9 ſicut gutte ſāguinis i ter
ra decurrētis.luce.xxiiij.⁊ dicit ſepult9 ē.in quo ſepulchro
licet fuerit corp9.aia tñ fuit ſeparata a corpore.q̄ ad infe/
ros deſcēdit.ſed diuinitas erat iūcta cuꝫ vtroqꝫ.q2 q̄cquid
verbū dei ſemel aſſūpſit nūq̄ dimiſit.ergo oportet nos cre
dere ⁊ dicere nō ſolū filij incarnationē ſed ⁊ paſſionē. Quia
ſꝫm gre.nichil nobis naſci ꝓfuiſſet.ſi redemi nō affuiſſet.⁊

in hoc ſymbolo a ſāctis patrib9 dimiſſa ē hec clāuſula mor
tuus eſt.q2 nūq̄ fuit hereſis cōtra hoc. De ſepultura xp̄i di
cit yſa.ix. Ip̄m gētes dep̄cabunt.⁊ ſepulchrū ejus erit glo
rioſū. Per hoc quod dicit. Ip̄m gētes dep̄cabunt.tāgit ei9
diuinitas.q2 ſolus de9 eſt adorād9. Sꝫ ꝑ hoc quod dicit.⁊
erit ſepulchrū eius glorioſū.tangit eius humanitas. Et in
hebreo habet.⁊ req̄es ei9 erit glorioſa.q2 facta ē req̄es cor
poris ei9 i ſepulchro.⁊ req̄es aie ei9 glorioſa fuit in iferno.
ſꝫ req̄es vtriuſqꝫ ſcꝫ corporis ⁊ aie iēternū ē in celo. Req̄/
es corpis ei9 facta eſt glorioſa in ſepulchro. q2 corp9 ei9 in
ſepulchro nō ē corruptū.juxta illud pſalmi. Quoniā nō de/
relinques aiaꝫ meā in iferno.nec dabis ſanctū tuum videre
corruptōeꝫ. Hoc dauid de ſeip̄o nō potuit dicere.q2 ip̄e vi/
dit corruptōeꝫ. Itē facta eſt req̄es aie ej9 in iferno glorioſa
q2 ſolus fuit int mortuos liber. vñ pſalmiſta. vita mea in
iferno ꝓpinquabit.eſtimat9 ſū cū deſcendētibus in lacū.fa
ctus ſū ſicut hō ſine adiutorio int mortuos liber. Deſcēdit
eni ſicut hō i ifernū.ſꝫ ſol9 int mortuos fuit liber.q2 mors
jllū tenere nō potuit. Req̄es aie ⁊ corpis ſimul jā ē in reg
no celoꝝ. Idcirco ex quo ꝑ ſepulturā intelligit req̄es xp̄i ⁊
q2 aia req̄eſcēte in iferno corp9 ejus req̄euit i ſepulchro.id
circo articulus de deſcēſu xp̄i ad inferos ſub iſto pōt cōpre/
hēdi. Sequit articulus de reſurrectōe. vbi duo facit.primo
ponit reſurrectōis actus. Secūdo reſurrectōis tp̄s.ibi ter
cia die. Et ergo dixit.⁊ reſurrexit.ſupple ꝓpria virtute.vñ
de ſe dicit i ps. Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſū ⁊ exurrexi Et
pater dicit ad filiū in ps.exurge glā mea.exurge pſalteriuꝫ
meū ⁊ cithara. Filius reſpōdet.exurgā diliculo. Et nota li
cet multos inuenimus reſurrexiſſe.ſicut lazarū filiū vidue
filiū archiſinagoge.tñ xp̄i reſurrectio ab iſtis differt . Prio
rōne virtuoſitatis.q2 ꝓpria ſurrexit virtute johāis.i. Po/
teſtatē habeo ponēdi aiaꝫ meā ⁊ jteꝝ aſſumēdi eā. Alij aūt
xp̄i reſurrexerūt virtute vel ad p̄ces ei9. Secūdo rōe vite ⁊
imortalitatis.q2 alij reſurrexerūt ad vitā mortalē.xp̄s aūt
ad imortalē.vñ ad ro.vj. Criſtus reſurgēs ex mortuis jaꝫ
nō morit. Tercio rōe cauſalitatis.q2 reſurrectō ſua ē cauſa
noſtre reſurrectōis.i.ad coꝝ.xv. Si xp̄s reſurrexit ⁊ nos re
ſurgemus. Quarto rōne tēporis ⁊ primitatis.q2 reſurrectō

alioꝝ deſerit̃ vſqȝ in finẽ mũdi. ip̃e aũt die tercia reſurrexit
⁊ aſcendit in celũ. iſte eſt articulus de aſcenſione. Ubi oſtẽ/
dit̃ primo actus virtuoſus. qꝛ aſcẽdit in celũ virtute ꝓpria
Nemo eni aſcẽdit in celũ ſcȝ virtute ꝓpria niſi filius hoīs
qui deſcẽdit de celo. iohãnis. iij. Et actuũ. i. dicit̃. Et vidẽ
tibus illis eleuatus eſt in celũ. Secũdo oſtẽdit̃ ſitus glorio
ſus cũ dicit̃. ſedet ad dexterã patris. Quod nõ ẽ intelligẽdũ
q̃ſi pater habeat manũ dexterã vel ſiniſtrã. qꝛ hec ẽ hereſis
antropoformitarũ. Sȝ qđ ꝑ dexterã ſignificat̃ dictum eſt
in expoſitione gloꝛia in excelſis. Et põt hic ſumi ꝓ equali/
tate. qꝛ ſicut ſiniſtra in ſacra ſcriptura ſumit̃ pro aduerſis
⁊ malis. ita dextera ꝓ bonis ⁊ proſperis. vnde ſenſus ẽ. ſe/
det ad dexteram patris id eſt eadem proſperitate eſt ſibi ſi/
milis ſeu equalis. Contra hunc articulũ errauit celẽtian⁹
qui negat xp̃m ſcḋm carnẽ ſedere ad dexterã patris. ſȝ dicit
ꝙ eã exuit ⁊ in ſolẽ poſuit. Cõtra quod dicit̃ marci vltio.
Dñs q̃dẽ ihũs poſtq̃ locut⁹ eſt eis aſſũptus eſt in celũ ⁊ ſe
det ad dexterã patris. Et math. xvj. Amodo videbitis fili
um hoīs ſedentẽ a dextris virtutis dei. ⁊ veniẽtẽ in nubib⁹
celi. Ergo ſubdit̃. et iterũ ventur⁹ ẽ iudicare. Ubi ponit q̃tu
qȝ. Primo aduẽtũ. cũ dicit vẽtur⁹ eſt. Secũdo modum. ibi
cũ gloꝛia. luce. xxj. Tũc videbũt filiũ hoīs cũ poteſtate ma
gna ⁊ maieſtate. Tercio actũ. cũ dicit̃ iudicare. vñ pſal. Iu
ſticia ⁊ iudiciũ p̃paratio ſedis eius: Quarto obiectum qꝛ vi
uos ⁊ moꝛtuos. Et de his dicitur actuũ. j. Viri galilei q̃d
ſtatis aſpiciẽtes in celũ. hic ihũs q̇ aſſumpt⁹ eſt ĩ celũ a vo
bis ſic veniet. Et eccleſia canit. diſtrict⁹ rediet arbiter oīm
qui mitis mõ tranſijt. Sicut eni prim⁹ aduentus videlicet
in carnẽ fuit cũ humilitate. ita ſecũdus aduent⁹ ei⁹ videli/
cet ad iudiciũ erit cum gloꝛia ⁊ maieſtate. Et licet iudicet
autoritate diuinitatis. tñ iudicabit ĩ humanitate. ĩ qua iu
dicatus ẽ: Et qꝛ iniuſte iudicatus eſt. ideo iuſte iudicabit vi
uos ⁊ moꝛtuos. ꝑ viuos itelligũtur boni ad regnũ celoꝝ p̃
deſtinati. ſȝ ꝑ moꝛtuos itelligũtur iſti q̇ ĩ peccato moꝛtali
ſine penitẽtia defũcti ſũt. Quĩto tãgit iudicis ſtatũ cũ dicit
cui⁹ regni nõ erit finis. vñ dañ. vij. Poteſtas ei⁹ ptãs eťna
⁊ regnũ ip̃i⁹ nõ corrũpet̃. Et illud dicit̃ cõtra luciferarios
hereticos. q̇ dicũt ꝙ poſt iudiciũ fili⁹ dei regnabit mille an

nos. ⁊ poſtea regnũ ſuũ ceſſabit. ⁊ lucifer regnare incipiet.
Sequitur articulus de ſpũſãcto. in quo ponunt̃ ea que ꝑti/
nent ad ꝑſonã ſpũſſancti. q̇ eſt tercia ꝑſona in diuinis. De q̃
dicit moyſes. Spũs dñi ferebatur ſuꝑ aquas. Ubi p̃io cõ/
fitemur ei⁹ ꝑſonalẽ ꝓprietatẽ: cũ dicimus ſpũmſanctũ. Se
cundo ei⁹ imperialẽ poteſtatẽ: contra macedones: dicentes
ſpũmſanctũ eſſe creaturã: cõtra quos dicitur. ij. ad coꝛ. iij.
Spũs eſt de⁹. Et ideo cõtra hoc dicim⁹ hic dñm: quia licȝ
ſũt multi alij ſpũſſancti. ſ. angeli: oẽs tñ ſũt adminiſtrato
rij ſpũs. vt di. ad hebꝛe. ſed iſte nõ eſt miſter: nõ ẽ ſeruus ſed
dñs Tercio eius vitalẽ operationẽ viuificantẽ: ⁊ hoc eſt cõ
tra illos qui dicebãt ꝙ ſpũſſanct⁹ ſolũ purgaret mentẽ ⁊ nõ
viuificaret Etiam dicitur ad differẽtiã amoꝛis noſtri q̇ nõ
viuificat. Quarto tangit ei⁹ originalẽ ꝓceſſionẽ ibi. q̇ ex pa
tre filioq̃ procedit. quod dicitur cõtra grecos: q̇ dicũt ſpũȝ
ſolũ ꝓcedere a patre ⁊ nõ ab vtroq̃ Dicit tñ rõnale: ꝙ ipſi
greci ſe erraſſe videntes: quoſdã p̃latos de ſuis ad generale
cõciliũ lugdunẽſe. ſub gregoꝛio papa. x. celebꝛatũ: miſerũt
q̇ in dicto cõcilio nobis vidẽtib⁹ ſuo ⁊ oīm p̃latoꝝ ⁊ impa/
toꝝ noīe ꝓfeſſi ſũt. ꝙ ſpũſſãct⁹ eternaliter a patre ⁊ filio nõ
tanq̃ ex duobus: ſed tanq̃ ex vno. nõ duabus ſed vnica ſpi
ratiõe procedit. ꝓut in eiuſdẽ gregoꝛij cõſtitutõe cõtinetur
Quinto ponit eius cũ patre ⁊ filio equalitatis ꝑfectiõeȝ ibi
qui cũ patre ⁊ filio ſimul adoꝛatur. Hoc eſt cõtra illos qui
dicũt ſpũmſanctũ eſſe nunciũ ſeu famulũ patris ⁊ filij. Et
in hoc innuitur: ꝙ ſpũſſanct⁹ ſit deus: cõtra macedones. q̇
negant ſpũmſanctuȝ eſſe deum. Et ſubditur. ⁊ cõglorificat̃
cõtra donatiſtas. qui dicunt eũ eſſe minorẽ patre ⁊ filio. et
ſic nõ eſt cõſubſtãtialis nec eiuſdẽ nature. Contra quos di/
citur hic. Qui cũ patre ⁊ filio ſimul adoꝛatur ⁊ gloꝛificat̃:
quod nõ eſſet niſi eſſet eis cõſubſtantialis ⁊ coequalis. Et
ſubditur. Qui locut⁹ eſt ꝑ prophetas. Contra errorẽ illorũ
qui dicũt ꝙ prophete locuti ſũt ſpũ fantaſtico ⁊ quaſi ſom
niando. Contra quod dicitur. j. pe. j. ꝙ ſpũſãcto inſpirante
locuti ſũt ſãcti dei omẽs. Et ratõ dictat eſſe falſũ. quia licȝ
prophete fuerũt in magna diſtãtia ab inuicẽ: tamẽ vnus al
teri in nullo cõtradixit Et ꝑ ideȝ deſtruitur error manichei
q̇ dixit vetus teſtamentũ non eſſe de bono deo Sequitur

articulus ꝑtinens ad diuinitatē quo ad effectū gratie. ⁊ vnā
ſanctā catholicā. Circa quod nota: ꝙ ſicut vidimus in cor/
pore naturali hoīs: ſic in miſtico. i. in eccleſia. In homine
aūt eſt vna aīa ⁊ vnū corpus: diuerſa tamē membra: diuer
ſa officia habētia. ſed neceſſaria ad regimē ⁊ ad integritatē
corporis: ſic eſt in eccleſia que eſt quaſi vnū corp⁹ habēs di
uerſa mēbra. Aīa aūt q̄ hoc viuificat ē ſpūſſāctus. Et ideo
poſt fidē de ſpūſancto inuehitur: credo eccleſiā catholicā Et
ſciendū ꝙ eccleſia. i. cōgregatio fideliū in qua quilibet ho/
mo xp̄ianus eſt ſicut mēbꝝ: quatuor habet cōditiones. Pri
ma eſt ꝙ ē vna. que habetur canti. vj. Vna eſt colūba meā
Hec aūt vnitas ex tribus cauſatur. Primo ex vnitate fidei
Oēs eni xp̄iani idem credūt corde: ⁊ ore cōfitētur. Et ideo
aplūs ad ephe. iiij. dicit. Unus de⁹ ⁊ vna fides vnū baptiſ/
ma. Secundo ex vnitate ſpei. quia oēs firmati ſūt in vna
ſpe ꝑueniendi ad vitā eternā ad ephe. iiij. Unus ſpūs ⁊ vnū
corp⁹ in vna ſpe vocatiōis. Tercio ex vnitate caritatis q̄a
omnes cōnectuntur in amore dei ⁊ ad inuicē in amore mu/
tuo. Johā. xvij. Volo ꝙ vnū ſitis. ſicut ego ⁊ pater vnum
ſumus. Ex hoc ſequitur ꝙ nullus debet velle abici vel cō/
municari ab illa eccleſia quia nō eſt niſi vna in qua poſſu/
mus ſaluari ⁊ nō extra. Sicut extra archā noe nullus fuit
ſaluus. Secūda cōditio eſt ꝙ eſt ſancta. Et ideo in ſymbolo
dicitur: ſanctā rōe puritatis. vel ſanctā. i. ſanguine intinctā
Et hoc dicitur ad differentiā eccleſie vel cōgregationis ma
lignantiū. De qua ps. xxv. Odiui eccleſiā malignātiū. Ter
tia ē ꝙ dicit̄ catholica. i. vniuerſalis. a cathos grece. i. com
mune latine. Et dicitur vniuerſalis Primo quantū ad lo/
cū quia per totū mundū Nam eccleſia ē congregatio fide/
lium Fides autē ꝑ totū mundū eſt diſperſa Vū marci. vlt
Euntes in vniuerſū mundū p̄dicate euangeliū. Et hec ec/
cleſia habet tres ꝑtes Unā in celo aliā in terra terciā i pur
gatorio Secūdo dicitur vniuerſalis quantū ad conditiōes
hoim. quia nullus abicitur. non dominus nec ſeruus. non
maſculus nec femina. ad galla. iij. Tercio quantū ad tēpus
licet aliqui dixerūt ꝙ eccleſia debet durare in eternū. Sed
hoc eſt falſū. quia eccleſia hec incepit ab abel. ⁊ durabit vſ
ad cōſūmationē ſeculi. Quarta cōditio ꝙ dicitur aplica. i.

firma. rōe doctrine apoſtoloꝝ. quia ꝑ documēta aplica fide/
les in vnitate fidei ſūt adunati. quia in omnē terraꝫ exiuit
ſonus eoꝝ. ps. xviij. Et bene dicitur apoſtolica. i. firma q̄a
firmū habet fūdamentū. i. xp̄m. j. ad coꝛ. iiij. Fūdamentuꝫ
aliud nemo poteſt ponere ꝑter illud quod poſitū eſt quod ē
xp̄s. Fundamentū aūt ſecundariū ſūt apoſtoli ⁊ eoꝝ ſucceſ
ſores. ⁊ ideo dicitur aplica. i. firma in apoſtolis fūdata. Vn̄
apoc. xxj. dicitur. ꝙ ciuitas habebat. xij. fūdamenta. ⁊ erāt
inſcripta noia. xij. apoſtoloꝝ. Et inde eſt ꝙ ad deſignanduꝫ
firmitatē eccleſie. vertex vocat⁹ eſt petrus. i. firmus. Fir/
mitas autem eccleſie apparet. quia nullo mō deſtrui a pec/
catoribus potuit. ymo in ꝑſecutionib⁹ creuit. quia fūdata
erat ſupra firmā petrā. Sequitur Confiteor vnū baptiſ
ma. ⁊ diuiditur in duas ꝑtes. Primo ponitur ipſius ſacra/
menti expreſſio: cū dicitur vnū baptiſma. Secūdo eius vir
tus vel operatio ibi. remiſſioneꝫ peccatoꝝ. Vn̄ hic ponitur
cōfirmatio ſacramētoꝝ quibus peccata delentur. Unde ad
hūc articulū ꝑtinent oīa ſacramēta: licet ſolus baptiſmus
exprimatur. Quia baptiſm⁹ eſt principiū ⁊ ianua oim alio
rum ſacramētoꝝ ſine quo nullus poterit ſaluari. ideo de ip
ſo ſolo fit mētio ſingulariter: ⁊ per principiū dantur intel/
ligi principiata. De hoc ſacramēto dicitur ezech. xxxvi. Ef
fundā ſuꝑ vos aquā mūdam ⁊ mūdabimini ab omnib⁹ in/
quinamentis veſtris. Sequitur articulus vltimus de cor/
porū ⁊ aiaꝝ glorificatiōe cū dicitur. Et expecto reſurrectio
nē mortuoꝝ. In quo ponitur corpoꝝ reparatio ibi. reſurre
ctionē mortuoꝝ. Secūdo aiaꝝ ⁊ corpoꝝ glorificatio ſimul
ibi. ⁊ vitā venturi ſeculi. Tercio oim predictoꝝ cōfirmatio
ſcꝫ amen. Circa primū eſt ſciendū. ꝙ oportet cōfiteri car/
nis noſtre reſurrectionē. quia ſcꝫm apoſtolū Oēs quidē reſur
gēmus. Et iſte articulus ꝑtinet ad diuinitatē quātū ad ef/
fectū glorie. Et additur iſte articulus ad cōfutandū erroreꝫ
phōꝝ. qui dicūt idē in numero nō poſſe regenerari. Et ſar/
racenoꝝ qui nō recipiūt reſurrectionē mortuorū. Etiaꝫ ad
ditur propter hereſim arabicoꝝ. qui dicūt aiam cuꝫ corpo/
re mori atq̧ in nouiſſimo die vtrūq̧ reſurgere. Unde Job
xix. dicitur. Credo ꝙ redemptor meus viuit: ⁊ in nouiſſio
die de terra ſurrecturus ſum. Et apoſtolus. Omnes quideꝫ

reſurgemus: ſed nõ oẽs immutabimur. Sequitur de vtri/
uſq; ſ. corporis ⁊ aie glorificatione. cũ dicit. ⁊ vitã venturi
ſeculi. Hoc ꝑtinet ad effectũ glorie ⁊ exponitur ſic. i. in ter/
ra viuentiũ. De qua dauid. Credo videre bona dñi in terra
viuẽtiũ. Eſt aũt vita eterna videre patrẽ: ⁊ quẽ miſit ihe/
ſum xp̄m filiũ eius. Quod adicitur cõtra hos pbõs qui ne/
gant vitã poſt hãc vitam. Et cõuenienter ponitur iſte ar
ticulus vltio cũ ſit finis deſiderioꝝ noſtroꝝ. ⁊ vltimũ p̄mi/
um noſtrũ. Circa quod ſciendũ. ꝙ in vita eterna ſunt hec.
Primũ ꝙ ibi homo intime deo cõiũgitur. Ipſe eni eſt mer
ces ⁊ premiũ noſtrũ vltimũ ⁊ finis noſtroꝝ laborum. Hec
vnio cõſiſtit in nuda ⁊ aperta dei viſione. j. ad coꝝ. xiij. Ui/
debimus nũc ꝑ ſpeculũ ⁊ i enigmate: tũc aũt facie ad faciẽ
Item in feruentiſſima dilectõe quãta eni ꝑfectiꝰ cognoſcit
aliquod bonũ tãto amplius amatur Itẽ in laude plena. vñ
aug. Uidebimus eũ. amabimus ⁊ laudabimꝰ. Secũdũ ple
nitudo deſiderij ⁊ ꝑfecta ſocietas que ibi habetur. Nullũ. n.
bonũ creatũ ſaciat appetitũ. ſed deus qui eſt infinitũ bonũ
continens oia ſupereminẽter: ille ſolus ſaciat ⁊ implet. iux
ta illud pſalmiſte. Qui replet in bonis deſideriũ tuũ. Terci
um eſt perfectiſſima ſecuritas que ibi datur. quia nulla tri/
ſticia nullus timor nullus labor. Quoniã hec priora abie/
rũt. apoc. xxj. Et per oppoſitũ mali morte eterna crucia/
buntur. Primo ex ſeparatiõe dei ⁊ bonoꝝ: que eſt maxima
omniũ penaꝝ. Secũdo ex remorſu cõſcientie. vñ p̄s. Argu
am te ⁊ ſtatuã cõtra te faciem tuaꝫ. Tercio ex immenſita/
te pene ſenſibilis. ſ. inferni que erit mors eterna. Quarto
ex deſperatione. quia non habent ſpem de liberatione Ideo
dolor mitigari non poteſt. Unde habetur Iſa. vltimo cap.
Uermis eorum non morietur ⁊ ignis eorum non extingue
tur. Et ſequitur vltimo Amen. quod eſt cõfirmatio oim
precedentiũ. De quo dictũ eſt ſupra in ymno angelico

Tractatus tercius ſecundi libri de tercia
ꝑte miſſe. ſ. oblatoria. prima pars capi
tuli primi.

Poſtq̄ viſum eſt de duabus ꝑtibus miſſe: quo
ad primos duos tractatus huiꝰ ſecũdi libri. ſ.
de preparatoria ⁊ inſtructoria. Iaꝫ quantũ ad
p
tractatũ terciũ aliqua dicenda ſũt de oblatiõe.
ſeu de tercia ꝑte miſſe q̄ oblatoria nũcupatur
In qua ꝑte incipit miſſa fideliũ. Et diuidit
iſta miſſa fideliũ in quinq; ꝑtes. ſꝫm ꝙ quina
fuit ſanguinis xp̄i effuſio. Prima fuit in circũciſione Secũ
da in ſudore. Tercia in flagellatione. Quarta in crucifixõe
Quinta in lateris apertione. Prima pars vocatur ſecretella
diminutiue ſꝫm rõnale ad differentiaꝫ canonis qui proprie
vocatur ſecretũ vel ſecreta. In qua ꝑte p̄mittuntur quedã
figuralia: ⁊ quedam p̄ambula: miſtice veꝝ ſacramentũ p̄ce
dentia. Secũda ps vocatur p̄fatio. Tercia vocatur canon.
in qua ſacerdos accedit ad ſacrificandũ. ⁊ ad offerendũ illud
verũ ſacrificiũ: ꝓpter quod miſſa inſtituta eſt. Quarta vo/
catur dñica oratio. Quinta laudes ſeu gratiarũactio. Ubi q̄
libet pars habebit iniciũ: patebit in locis ſuis. Et ſꝫm hoc
tractatus ille poteſt diuidi in quinq; magna capitula. Capi
tulum primũ ſex habet ꝑtes. In prima dicetur de ſalutatõ
ne que p̄mittitur offertorio. ⁊ de ipſo offertorio. In ſecũda
de oblationis p̄ſentatione ibi. ſuſcipe ſancta trinitas In ter
cia de altaris thurificatõe. In quarta de manuũ ablutione
In quita de cordis humiliatõe. cũ dicitur in ſpũ humilita
tis. In ſexta de oratõe ſequente. ſ. de ſecreta. Ratõ ordinis
a guilhermo in rõnali ſic ponitur. Solus ordo eſt cõueniẽs
vt poſt p̄dicationẽ fides ſequatur in corde. laus in ore. fru
ctus in opere. predicatio quidẽ eſt in euangelio. fides i ſym
bolo. laus ⁊ honorificentia in offertorio. fructus i ſacrificio
Et quia nulla oblatio eſt accepta deo: niſi deus ſit cũ offe/
rente per gratiam. quia oblatio offerentis a deo acceptat
⁊ acceptabilis redditur propter offerentẽ. Nam deus prius
reſpicit ad offerentẽ q̄ꝫ ad oblatũ. Iuxta illud geñ. iiij. Re/
ſpexit deus ad abel ⁊ ad munera eius. Hoc tñ nõ eſt itelligẽ
tum de oblatõne que ꝑ ſe placet deo. ſicut eſt oblatõ corpo
ris ⁊ ſanguinis xp̄i. que placet deo rõne oblati: ⁊ non rõne
offerentis. Ideo ſacerdos ante offertorium deprecatur ⁊ ad
optat populo diuinã gratiam: vt ipſius oblatõ deo fiat ac/

ceptabilis dicés. Dñs vobiſcū. Que gratia ſibi reoptatur
a populo. ⁊ vt ſua oblatio acceptabilis fiat deo. populus re
ſpondet. Et cū ſpū tuo. Secūdum rationale vero ſacerdos
dicit dñs vobiſcū. Monés vnūquéq; ad ſeipſū redire. ⁊ có/
ſcientiā ſuā diſcutere. vt ſic menté ſuā ⁊ ſeipſū in holocau/
ſtum iuſtū ⁊ hoſtiā ſanctā deo placenté offerre valeat. Et
ſubiūgit. oremus monés populū orare. quia ⁊ dñs diſcipu/
los ad orandū hortabatur dicés. Vigilate ⁊ orate. ac ſi dice
ret. Orate vt fidé in ſimbolo recitatā ⁊ in euāgelio edictā;
firmiter teneatis ⁊ vt in ea ſtabiles ꝑmaneatis. Innocéti⁹
dicit. ſacerdos dicturus oremus. ꝑmittit dñs vobiſcū. quaſi
di. niſi dñs ſit vobiſcū non poſſū orare ad ſaluté veſtrā Et
quāuis ſacerdos dicat oremus. non tñ ſtatim orat. ſed ante
orationem acceptat ⁊ thurificat. quaſi di. non ceſſat orare.
qui non ceſſat bene agere. Secundū quoſdā illud orem⁹ nó
refertur ad ofertoriū cantandū; ſed ad orationé ſecretā di
cendā. Et illud oremus dicitur ex altamétis eleuatione. ex
auditu euangelij ⁊ ſymboli cócepta. Secundū alios vero di
citur. ꝙ illud orem⁹ quod ꝑmittitur offertorio: refertur ad
mentalé regratiationé: de donis fidei regratiantes deo inti
mo ſuſpirio: de mirabili noſtre redemptóis beneficio: quod
euangeliū ⁊ ſymbolū in nobis rememorantur. igitur dici/
tur oremus. vt hec in nobis ſuū; effectū conſequantur. Vi
detur eni ꝙ propter multitudiné interualli in quo més ad
multa alia multipliciter diuertitur: non referatur ad ſecre
tam. ideoq; conſuetudo plurimoꝝ eſt. vt orem⁹ orationi ſe
crete ꝑmittāt. Quare aūt ſacerdos orationé nó proſequitur
Huius innocenti⁹ reddit cauſā dicés. ꝙ oratio nó eſt proſe
quenda. quia ſignificat tempus quo xp̄s occulte ambulauit
inter iudeos. Vel aliter ad deſignandū ꝙ ſacerdos debet eſſe
attentus circa oblata. Vel etiā ꝙ ſacerdos aggreſſurus ad
diuinū ⁊ ſanctiſſimū ſacramentū: debet totam ſuam inten/
tionem ad deū recolligere. Deinde poſt orem⁹ dicitur of
fertoriū cū cantico. deſignans iocūditaté ⁊ leticiā offerenti
um quam in offerendo debent habere. quia hilarem dato
rem diligit deus. Vñ p̄s. Circuibo ⁊ immolabo in taberna
culo tuo. hoſtiā vociferationis cantabo Et in palipp̄. Cū;
offerrét holocauſta: ceperūt laudes dñi decātare ⁊ i diuerſis

organis que rex dauid fecerat cócrepare Filij nāq; iſrael cū
offerebant in tubis clangebant. Dū eni; cantatur populus
offerre debet. deſignans ꝙ ſalomon in dedicatione templi:
innumerabilem multitudiné holocauſtoꝝ obtulit cū; mag
na ſolennitate. Vñ. ij. palip̄. v. dicitur. Rex ſalomon ⁊ vni
uerſus cetus iſrael: ⁊ omnes qui fuerāt cógregati ante ar/
cham federis. arietes ⁊ boues immolabāt abſq; vllo nume
ro Et moyſi deſcendenti de móte: occurrit populus ⁊ mu/
nera obtulit. exo. xxxv. Egreſſaq; oīs multitudo filioꝝ iſ/
rael de cóſpectu moyſi. ⁊ obtulit mentem ꝓmptiſſimā; atq;
deuotā primitias dño. Secundū conſtitutioné grego. ſepti/
mi. ſemꝑ aliquid in miſſa eſt offerendū. vt dicit̃ de conſec.
diſ. i. oīs in hec verba. Oīs xp̄ianus ad miſſaꝝ ſolennia ali
quid ꝓcuret deo offerre: ⁊ deducere ad memoriā illud quod
deus ꝑ moyſen dixit. Non apparebis in cóſpectu meo vacu
us. Et in collationibus ſanctoꝝ patrum liquide apparet ꝙ
omnes xp̄iani ex vſu ſanctoꝝ patrū aliquid debét offerre. q̊a
ad ipſū primū eſt confugiendū. qui noſtre poteſt curare aīe
paſſiones. Et cóſtitutio intelligitur de oblatione interiori
ſeu bonoꝝ interioꝝ: ⁊ non exterioꝝ Vel dicitur ꝙ ſit cóſiliū
Vel ad iſtū ſenſū: ꝙ nullus xp̄ianus in cóſpectu dei deb; ap
parere vacuus. ſed ꝙ quilibet qui apparet in cóſpectu dei a
liquod donū temporale: vel ſalté ſpūale deb; offerre. Tépo/
rale quidé in recognitionem ꝙ omnia exteriora a deo habe
mus. ⁊ ideo ex eis deū honorare tenemur. Spūale vt fatea
mur fidem. ſpem ⁊ caritaté. ⁊ quicquid boni operis in no/
bis relucet: donū dei eſſe. Vñ apoſtolus. Quid habes quod
non accepiſti. Si accepiſti: quid ergo gloriaris. Immo et
nos debemus offerre deo hoſtiā viuā ⁊ placentem. ad ro. xij
Qui ſemetipſū obtulit pro nobis in ſacrificiū redemptióis
noſtre. Vbi notandū ꝙ qui vult acceptam deo offerre obla
tioné. primo offerat ei ſuā voluntaté ⁊ menté. quia dñs nó
ea que offeruntur: ſed voluntaté reſpicit offerentium. xxiiij
q. ca. j. odi. Et aug. de peni. diſ. v. ca. j. dicit Penitens ſem
per mentem offerat ⁊ contritioné cordis. Deinde poſſeſſio/
nem. tunc quod offert ſecurus offert. ⁊ ita qui vult peccata
ſua redimere ꝑ temporalium oblationē;. primo debet of/
ferre mentem. Secundo conſideret diligenter anteꝙ̃ offe/

rat non quid offerat. Unde augu. Non eſt conſiderandum
quid offerat: ſed ante quē offerat. Unde thuribula naab et
abiud ſanctificata ſūt: ⁊ circūpoſita ſunt altari. nō propter
offerentes. quia illi mali fuerūt: ſed propter deū ante quez
offerebantur. de cōſ. diſ. ij. ca. ⁊ dixit. Tercio debet conſide/
rare ꝙ munus offerendū ſit decēs. Indignū eſt eni dare deo
quod dedignatur homo. xlviij. diſ. ca. vlti. Quarto vt cum
fratre ſuo ſe prius cōponat. Unde in euangelio Math. v.
Si offers munus tuū ad altare: ⁊ ibi reconciliatus fueris: ꝗa
frater tuus habet aliquid aduerſū te: relinque ibi mun⁹ tu/
um ante altare. ⁊ vade prius reconciliari fratri tuo. ⁊ tunc
veniens offeras munus tuū. Quinto afflictis ſuccurrat. vn̄
criſo. Libat dn̄o proſpera. qui ab afflictis tollit aduerſa. diſ
lxxxvj. Secundū Iſidoꝝ. vij. ethimo. Offertoriū tali ex cau
ſa ſūpſit vocabulū. Fertum enim dicitur oblatio que alta/
ri offertur. ⁊ ſacrificatur a pontificibus a quo offertorium
nominatur quaſi propter fertū. Et dicitur offertoriū ab of
fero offers. quia medio tempore dū offertoriuz canitur. po
pulus offert. Et ſacerdos recipit oblationes a populis: vel
poſtmodū hoſtiam vel ſacrificiū cōſecrandū a miniſtris vel
quia tunc ſacrificium laudis offertur. Et olim offertoriuz
habuit plures verſus. ſicut adhuc ſcripti inueniuntur in an
tiquis gradalibus. qui hodie in pleriſq̧ locis obmittuntur
cauſa breuitatis. vt tam miniſtri ꝙ̄ populus liberius obla
tionibus ⁊ orationibus vacent. Etiaz ꝓpter hoc vt ait au/
guſt. de cōſ. diſ. ij. Criſtianā religionem pauciſſimis ⁊ mani
feſtiſſimis miſericordia dei voluit eſſe liberam Et ſꝫm ihe
ronimū. Non multitudine verboꝝ flectitur dn̄s vt homo.
Melius eſt eni quinq̧ pſalmoꝝ cū hilaritate decantatio ꝙ̄
totius pſalterij cū anxietate modulatio. In officio tamē de
functoꝝ iſti verſus adhuc hodie decantantur. quia illud offi
cium in multis non ſequitur normā officij alterius. Dum
igitur offertoriū cantandū eſt ſeu cantatū: ⁊ incenſū para/
tum. ſacerdos ſilencij ſolitudinē expectat. Et inſtāte iā me
moria dn̄ice paſſiōis ſilentiū obſeruat. Illud inſinuans. ꝙ
iheſus iam nō palā ambulabat apud iudeos duz cogitarent
eum interficere. ſed abijt in regionem iuxta deſertuz. in ci/
uitatem que dicitur effraym. ⁊ ibi morabatur cū diſcipulis

ſuis. Iohānis. xj. Silenciū igit̄ ſacerdotis. xp̄i latibuluz ſig
nificat. Circa ſecūdā ꝑtem capituli illius ſcꝫ circa obla
tionis ꝓ̄ſentationē plura ſunt declaranda. Primo ſolēnis ꝑ
paratio ex ꝑte vaſoꝝ. Nā quatuor req̄runt̄. Primo calix q̄
qualis eſſe debeat dictū eſt ſupra. ⁊ inferi⁹ aliqua reſumēt̄
Secūdo patena q̄ dꝫ eſſe lata ⁊ rotūda. ſignificās corda no/
ſtra. que debent eſſe dilatata in caritate. ⁊ rotunda in ꝑſe/
uerantia. Itē ibi debet poni panis ⁊ vinū aqua mixtū. De
hoſtia eſt ſciendū. ꝙ ip̄a dꝫ eſſe alba. ad deſignandū xp̄i ino
centiā. Secūdo dꝫ eſſe triticea ad deſignādū xp̄i ſuauiſſimā
delectabilitatē. Tercio dꝫ eſſe tenuis. ad deſignādā xp̄i mag
nā pauꝑtatē. Itē dꝫ eſſe nō magna. ad deſignandā xp̄i abiec
tiſſimā hūilitatē. Itē dꝫ eſſe rotūda. ad deſignandā xp̄i eter
nitatē. Itē dꝫ eſſe ſine fermēto. ad deſignandā xp̄i ſinceriſſi
mam benignitatē. Itē dꝫ eſſe nō ſalſa. ad deſignandā xp̄i ſi
ne cupiditate liberalitatē. Sal eni comeſtū ſiti facit ꝑ qꝫ
deſignat̄ cupiditas q̄ ē honoꝝ tꝑaliū. verſus. Cādida triti/
cea tenuis nō magna rotūda. Expers fermēti non ſalſa ſit
hoſtia xp̄i. Hec ſeptē deſignāt ſeptē virtutes quas i ſe ſacer
dos dꝫ habere volēs celebrare. Debꝫ eni eſſe cādidus ꝑ vi/
te caſtitatē. Debꝫ eſſe triticeꝰ ꝑ māſuetudis dulcedinē. Te
nuis ꝑ abſtinentie ſobrietatē. Debꝫ eſſe nō magn⁹ ſꝫm ſui
eſtimationē ꝑ verā humilitatē. Debꝫ eſſe rotūdus ꝑ carita
tis ꝑpetue ꝑfectōem. Expers fermenti ꝑ peccatorū morta
liū imūdiciā. Nō ſalſ⁹ ꝑ cupiditatē. Ex iſtis patet. ꝙ ſacer
dos dꝫ cōficere panē triticeū nō fermētatū. Et hoc duplici
de cauſa. vna rōe facti. Nā exo. xij. ꝓ̄ceptū fuit. vbi ſic legi
tur mēſis primi q̄rtadecima die. ad veſꝑaz comedetis azi/
mos panes vſqꝫ ad diē viceſimū primū eiuſdē mēſis adveſ
perā. Septē dieb⁹ fermētū nō inueniat̄ i domib⁹ veſtris q̄
comederit fermētatū ꝑibit aīa ei⁹ in iſrahel. tā de aduenis
ꝙ̄ de icolis iſrahel. Cū ergo xp̄s deciaquarta die mēſis pri
mi cenauerat cū diſcipulis ſuis. ⁊ agnū paſcalē comederat
⁊ vtiqꝫ ritu legali cū lactucis agreſtib⁹. cōſtat ꝙ eadē hora
fermētū nō inueniebat̄ in domibus iudeoꝝ. ⁊ ſic panez azi
mū cōſecrauit. vn̄ exēplo xp̄i ⁊ nos in pane azimo cōficere
debem⁹. Secūdo dꝫ hoc fieri rōe miſterij. Fermētū eni cor
ruptōz ſignificat. aplō teſtāte q̄ dicit. Modicū fermēti to/

tã maſſã corrũpit.j.ad cor.v. Ut ergo nichil corruptũ ni/
chil corrũpẽs.ſed totũ ſincerũ in hoc ſacramento eſſe demõ
ſtretur.jdeo non fermentatũ ſ3 azimũ panem cõſecramus
Nã ſ3m apoſtolũ vbi ſupra. Paſca noſtrũ imolat⁹ ẽ xp̃us.
Jtaq3 epulemur.nõ i fermẽto malitie ⁊ neq̃tie.ſ3 i azimis
ſinceritatis ⁊ veritatis. Greci.tñ pſeuerãtes in ſuo errore
cõficiũt in fermẽtato.aſſerẽtes i paſcene lunã decimãquar/
tam inſtitiſſe.in qua ver⁹ agn⁹ imolat⁹ eſt.vt legis imple
ret figura.q̃ decimaquarta luna menſis primi paſcale3 ag
nũ juſſerat immolari. Dñs ergo ea die ſe paſſur eſſe p̃noſ/
cens.in p̃cedẽti veſpera anticipauit comedere paſca. Et q2
tũc licite poterat comedi fermẽtatũ.ergo ipi corpus dñj de
fermento cõficiũt. Et cõfirmãt ex alio. Quia jobãis.xviij.
dicit ꝙ judei nõ introierũt ad p̃toriũ.ne cõtaminarent.ſed
vt mãducarẽt paſca.⁊ ergo in paraſceue ad veſpa3 debebat
mãducari paſca.⁊ ſic videt fuiſſe luna deciaquarta. S3 jſti
nõ recte intelligentes ſeducunt.q2 btũs jobãnes dicit ꝙ ju
dei nõ introierũt p̃toriũ vt mãducarent paſca.jbi paſca nõ
accipit pro agno paſcali.ſed p pane azimo quẽ ſeptẽ diebus
comedebãt. Sed diceret q̃s.ſi ſacerdos latinus attẽpta/
ret conſecrare in pane fermẽtato an cõficeret. Reſpõdet ꝙ
ſic licet peruerteret ritũ eccleſie ſue.⁊ in hoc peccaret.q2 pa
nẽ eſſe fermẽtatũ hoc eſt accidẽtale pani.nec ꝑpter hoc ſub
ſtantia panis mutat.jdeo põt fieri conſecratio in pane fer/
mentato. Nã ⁊ ſacerdos grecus cõficit.⁊ tñ in pane fermẽ
tato.vnde innocẽtius dicit. S3 adhuc multi in fermẽto ſa
crificãt.quib⁹ tanꝙ catholicis eccleſia catholica ⁊ romana
cõmunicat.verũ hoc quoniã meli⁹ ſoluẽdo differt.vt alias
cõrẽptus abſoluat. Et dicit ſãct⁹ thomas.iij.pte.q. lxxiiij.
Quod q̃uis cõſuetudo cõficiẽdi in azimo rõnabiliter fit.tñ
apud grecos peccaret q̃s cõficiẽdo in azimis quaſi puertẽs
eccleſie ſue ritũ. S3 diceres que eſt cauſa ꝙ de tritico de/
bet fieri hoſtia. Reſpondet.vna cauſa quia inter frumen/
ta triticũ eſt optimum.ſed q2 ſ3m alexan.papã nichil i ſa/
crificijs põt eſſe maius q̃ꝫ corpus ⁊ ſanguis xp̃i.idcirco de
pane optimi frumẽti debet cõfici. Secũda cã ẽ.ꝙ ſicut tri
ticũ electi⁹ ⁊ puri⁹ ẽ ceteris granis ex q̃b⁹ fit panis.ita ca
ro xp̃i formata fuit de puriſſimo.ſanguine btẽ virgis.⁊ eis

caro depurata fuit ab omi labe peccati de qua ſũpta fuit ca
ro xp̃i. Etiã jdcirco.q2 dñs ſeip̃m cõparuit grano frumẽti
dicẽs. Niſi granũ frumẽti cadẽs i terrã mortuũ fuerit ⁊c.
jobãis.xij. S3 diceres ſi oblata eſſet facta de tritico mixto
cũ ſiligine vtr ex iſto poſſet cõfici corp⁹ xp̃i. Rñdet diſtin/
guẽdo de mixto.q2 vel jbi ẽ plus de ſiligine vel pl⁹ de triti
co vel ſũt in equali mẽſura. Primo ⁊ tercio modo nõ põt
cõficere.ſ3 ſecũdo mõ cõficit ſ3 grauiter peccat.⁊ d3 de hoc
penitere. S3 magiſter henric⁹ dicit.ſi grana alteri⁹ gene/
ris admixta fuerint p̃iculũ ẽ.q2 vbi granũ ſic admixtũ ſit
vt nõ totũ abſorbeat a tritico corp⁹ xp̃i inde nõ cõficit. S3
de materia eukariſtie quo ad ſãguinẽ dicit ſcũs thomas ſu
per.iiij.ſentẽtiar diſ.xi. Quod vinũ naturale ſc3 vitis i q̃
xp̃s cõfecit ẽ debita materia calicis.⁊ ſi vinũ penit⁹ cõuer
ſũ ẽ i acetũ nõ põt cõfici.q2 acetũ nõ ẽ vinũ ſ3 fuit vinum
Etiã q2 differũt vinũ ⁊ acetũ.ſicut viuu3 ⁊ mortuu3.xij.
metha. S3 ſi vinũ ẽ q̃ſi i ꝑpiquo ⁊ i via ad acetũ.põt q̃de3
cõfici. Peccat tñ cõficiẽs ꝑpter reuerẽtiã ſcramẽti. Jdẽ itel
ligit de pane muſcido vel corrupto. Ad jdẽ cõcordat alber/
tus.ſi vinũ ẽ oio putridũ adeo ꝙ naturã ⁊ ſaporẽ pdit non
põt cõfici.ſi aũt nõ ſit corruptũ ſ3 i via ad corruptionẽ.cõ
fici q̃dẽ põt.ſ3 ꝑpt reuerẽtiam ſacramẽti nõ d3. Jdẽ intelli
gẽdũ ẽ de pẽdulo vino ⁊ multũ acro.vñ de ſcis patrib⁹ legi
tur ꝙ vinũ bonũ mũdũ ⁊ recẽs ⁊ q̃to meli⁹ poterãt habe/
re ⁊ p̃cioſius p iſto ſacratiſſimo ſacrificio aptauerũt.ad re
uerẽtiã jſti⁹ ſacramẽti.vñ q̃dam doctor dicit. Jnquãtu3 vi
goroſius ⁊ forti⁹ tãto melius eſt ad conſecrãdũ vt ſic min⁹
p aquam cõmixtam nature vim pdat. Innocẽti⁹ dicit. Li
cet aũt diligẽti ſtudio vinũ optimũ ſit querendũ vt in ſacri
ficiũ offerat.viciatũ tñ nõ maculat mundiciã ſacramenti
Quocirca ſiue nouũ vinũ q5 dicit muſtũ.ſiue acidu3 quod
dicit acetoſu3 i ſacrificiu3 offerat.ſacramẽtu3 cõficit ⁊ di/
uinit⁹ cõſecrat.q5 itelligit modis ſuprapoſitis. S3 dubita
tur an de agreſta poſſit confici. Reſpõdet ſanctus thomas
vbi ſupra ꝙ nõ.q2 adhuc nõ hab3 ſpeciẽ neq3 ſapore3 vini
ſ3 tãtu3 ẽ i via generatõis. Nec põt ex aqua fuſa ſup feces
vini cõfici.q2 hoc nichil aliud ẽ niſi aqua ſumẽs aliq̃lẽ ſa/
porẽ ex fecib⁹ vini.ſ3 vtr poſſ3 cõfici de muſto.rñdet ſãct⁹

tho. vbi ſupra. ⁊ petr⁹ de tharentaſia ꝙ ſic. Et albert⁹ in
expoſitõe miſſe dicit. Si eſt aliqua terra vbi nõ habet̃ ver⁹
vinũ valẽs. tũc põt celebrari cũ muſto. Debet etiã vinũ eẽ
purũ ⁊ nõ mixtũ ſpeciebꝰ nec cõditũ. vñ raymundus. vinũ
mixtũ vel cõditũ ſpeciebꝰ ad miſſaʒ dñi nõ accipias nec ace
tũ. Sʒ dr. q̇d in iſtis terris fiet vbi non eſt vinũ. nec põt
haberi vinũ. vtꝛ ibi ſine vino poſſet cõfici. Reſpõdeo ꝙ nõ
ẽ aliqua terra qui ad eã poſſit tãtũ de vino portari quantũ
ſufficit ad celebrãdũ. Albert⁹ ſup expoſitõem miſſe dicit.
Si nõ paſcit aliqua terra vinũ. nec ꝑ aliquem modũ poſſit
ibi ꝑuenire. nõ ẽ abſtinẽdũ a miſſa ꝓpter ſalutẽ fideliũ. Sʒ
tñ ſup hoc dñs papa cõſulẽdus ẽ. ⁊ cũ licẽtia ip̃ius debʒ fie
ri. Dicit etiã ꝙ ſi ſolũ ſub ſpẽ panis fieret cõſecratõ adhuc
eẽt ibi ſãguis xp̃i cũ corꝑe ex quadã cõcomitãtia q̃uis nõ
vtrũqʒ eſſet ibi ſingulariter ⁊ ſacramẽtaliter. Sʒ q̇d ſi eẽt
vas plenũ vino. ⁊ intromitteret̃ vna gutta aq̃. vtrũ poſſʒ
fieri cõſecratio. Reſpondet ſcũs thomas ꝙ ſic. q² ibi aqua
cõuerſa ẽ i ſubſtãtiã vini. Circa quod ſciẽdũ. ꝙ vino dʒ ad/
miſceri vna gutta aque vel due vel tres. ⁊ adeo parũ ꝙ pe
nitus abſorbeat̃ a vino ſic ꝙ nec fuerit i equali mẽſura nec
i maiori q̃titate ſit aqua. Et dʒ eſſe aqua naturalis ⁊ non
artificialis. Si tñ apponeret̃ nichilomi⁹ cõficeret̃. Nã ip̃a
ita bñ cõuerteret̃ i vinũ ſicut aqua naturalis. Quare autẽ
fiat talis mixtio vini ⁊ aq̃. huj⁹ triplex ẽ rõ. vna q² facim⁹
hoc exẽplo xp̃i q̇ i cena miſcuit aquã cũ vino. vt dicit cipri
an⁹ de con. diſ. ij. ⁊ q̃dã gloſa. iero. ſup matheũ. Secũdo fit
ꝓpt̃ hoc q² ſãguis ⁊ aq̃ fluxerũt de corꝑe xp̃i. Tercio ꝓpter
hoc vt ꝑplũs xp̃o adunet̃. vt ꝑplũs i xp̃o ⁊ xp̃s i populo ma
neat. Secũdũ inocẽtiũ. q² ꝑ aquã ꝑplũs deſignat̃ iuxta illõ
apoc. xvij. Aque multe ꝑpli multi. ⁊ hoc rõnabilit̃. q² ſicut
aqua ẽ fluxibilis. ita ⁊ hoĩes labiles. Sʒ ꝑ vinũ ſãguis xp̃i
vel ei⁹ diuinitas deſignat̃. Criſt⁹ cui ſãguinẽ ſuũ effudit ꝓ
populo. iuxta illud. hic ẽ ſãguis me⁹ noui teſtamẽti Sacer
dos igit̃ aquã miſcet vino. q² xp̃s i morte ꝑ effuſioneʒ ſui
ſanguinis reconciliauit populũ deo. vñ glo. ſuper matheuʒ
. xxvi. Nec panis ſine aqua nec vinũ ſine aqua offert̃. Per
aquã populus deſignat̃. q² nec ſine xp̃i paſſione popul⁹ ſal
uat̃. nec ſine ei⁹ ſcʒ populi amore xp̃s paſſus eſt. Sʒ q̇d

ſi ſacerdos obmiſerit aquã an poſſit cõficere. Rñdet innocẽ
tius ꝙ ſic. grauit̃ tñ peccat q̇ negligẽter alterutrã ſpeciem
obmittit. grauiꝰ q̇ ſciẽter ⁊ ſpõte. maxime ſi formã inten/
dit mutare ⁊ hereſiʒ introducere. Si igit̃ ꝑ negligentiã ob
mitteret̃ aqua. ꝑfectũ eſſet ſacramẽtũ. q² remanẽt ibi ea q̃
totũ xp̃m ſignificãt. ſed vnio mẽbrorũ ad caput ſcʒ ad xp̃ʒ
nõ ſeruat̃ ibi ꝓpter defectũ aque. Alia dubia patebũt infra
loco ſuo. Et q² vinũ cũ aqua debʒ miſceri. ideo de calice ⁊
eius materia dʒ videri. vñ calix quãdoqʒ ſumit̃ ꝓ paſſione
vt in euãgelio mathei. xxvi. Pater ſi vis transfer hunc ca/
licem a me. Et alibi. Poteſtis bibere calicẽ quem ego bibi
turus ſum ⁊c. Quãdoqʒ ſumit̃ pro ſanguĩe xp̃i. vt patebit
circa verba cõſecrationis. Itẽ paſſio dicit̃ calix. q² ſʒm an/
tiquã cõſuetudinẽ moriẽtibꝰ vel mori debẽtibus miſtraba
tur amar⁹ pot⁹ de calice. Sumit̃ etiã calix ꝓ ſanguine xp̃i
⁊ ſic dicit̃ calix a calida potõe. q² calix id eſt ſanguis xp̃i ad
maximã caritatẽ vel feruorẽ ꝓuocat deuotõis. Sʒ de ma/
teria eſt ſciẽdũ. ꝙ in primitiua eccleſia in vaſis ligneis cõfi
ciebat̃. q² vt dicit rõnale. Tũc erãt aurei ſacerdotes ⁊ lig/
nei calices. tandẽ ſucceſſu tp̃is illud fuit imutatũ. eo ꝙ lig
nũ eſſet poroſũ. ⁊ ſic i ſe poterat ibibere ſanguinẽ xp̃i. ideo
ſtatutũ fuit ꝙ i ip̃is de cetero nõ deberet cõfici. Tandẽ fue
rũt vitrei. illud iterũ imutatũ fuit ꝓpter vitri fragilitateʒ
Demũ vrban⁹ papa ſtatuit vt in aureis ⁊ argẽteis cõficere
tur. vñ de cõſe. diſ. ij. dicit̃. vaſa q̇bꝰ ſacra cõficiũtur. aurea
vel argẽtea eſſe ꝑcipim⁹. Itẽ circa ſolẽnẽ ꝑparatõeʒ req̇rũ
tur corꝑalia. de quo i canone de cõſe. diſ. j. ſic legit̃. Cõſilio
oĩm cõſtituim⁹. vt ſacrificiũ altaris nõ i ſerico panno vel i
tincto q̇ſq̃ celebrare p̃ſumat. ſed i puro lintheo ab ep̃o con
ſecrato terreno ſeu lineo ⁊ contexto. ſicut corpus dñi noſtri
ihũ xp̃i in ſindone mũda linea ſepultũ fuit. Et hec eſt cõſti
tutio ſixti pape ⁊ euſebij. Et corporalia ſeu pallee q̃ diſpo/
nunt̃ ſup altare ſignificãt lintheamina quibꝰ inolutũ erat
corpꝰ xp̃i. Pars aũt illa q̃ plicata ponit̃ ſup calicẽ ſignifi/
cat ſudariũ quod fuit ſupra caput ihũ ſeparati inolutũ i vnũ
locũ vt dicit̃ iohãis. xx. Sʒ ꝑs extẽſa ſignificat ſindonẽ line
am ⁊ mũdã qua fuerat corpꝰ xp̃i a ioſep ab arimathia inuo/
lutũ Alij vo hñt tãtũ vnũ corꝑale. vt religioſi ꝓ eo ꝙ i euã

gelio legit̃. ꝙ ioſeph corpꝰ xp̄i inuoluit in ſindone munda.
Nó eni dicit̃ pluralit̃ ſindones. ad deſignádũ ſacramẽti vni
taté. Poteſt tñ in hijs aliud figurari. id eſt pars extéſa ſigni
ficat fidé. ſed ps ſupraposita ſignificat intellctũ. Hoc enim
miſteriũ credi debet. ſʒ nó pót cóprehédi aliquo itellectu. vt
fides habeat meritũ cui humana ró nó p̄bet experimentum.
Credamꝰ ergo corde puro ⁊ cóſciétia nó ficta. ⁊ nó p̄ſuma
mus diſcutere. qꝛ ſʒm pſalmiſtá. Defecerũt ſcrutátes ſcru
tinio. Et iuxta dictũ ſapiétis. Qui ſcrutator eſt majeſtatis
opprimet̃ a glá. Naʒ q̃ dixerũt. durus eſt hic ſermo. q̃s pót
ip̄m audire. abierũt retro ⁊ nó ambulabát cũ xp̄o iohãnis.
vj. Debet aũt corꝑale i latũ habere quatuor plicaturas ad
deſignandũ quatuor ꝑfectóes xp̄i. q̃ ſũt gratitudo caritatis
ſeu latitudo. longitudo etnitatis. altitudo majeſtatis. ꝓfũ/
ditas imméſitatis. Etiá quatuor eiꝰ plicature in longũ de
ſignát quatuor virtutes cardinales. ſcʒ iuſticiá. prudentiaʒ
tꝑantiá. ⁊ fortitudiné. ꝑ quas innate paſſiones in nobis re
primunt̃. Tres vero plicature i latũ tres teoloycales virtu
tes ſignificát. ſcʒ fidé. ſpem. ⁊ caritaté. ꝑ quas deo vnimur
figuralit̃. Sʒ q̃rit̃ an talis variatio ſit licita circa corꝑale
. ſ. ꝙ aliq̃ hñt ſolũ vnũ. aliq̃ vero duo quoꝝ quodlibʒ vocat̃
corꝑale. Similit̃ ⁊ de lotóe manuũ. Aliqui ante oblatóneʒ
ſacrificij aliqui ſtati poſt aliq̃ poſt ſáctus. Ad hoc reſpondet
btũs aug. ad valerianũ dicés. Nichil officit id eſt nocet di
uerſa cóſuetudo eccleſie dũmó ſeruat̃ vnitas caritatis. Et
de cóſe. diſ. iiij. terq̃na dicit̃. In vna fide nichil officit ſáce
eccleſie cóſuetudo diuerſa. Siue eni puer ſemel tátũ vel ter
immergat̃ baptizatꝰ credit̃. Et cóſuetudo vniꝰ eccleſie nó
dʒ ſubuerti ꝑpt̃ cóſuetudieʒ alteriꝰ eccleſie diſ. xij. illud. In
ueterata eni cóſuetudo ꝓ lege ſeruari dʒ, vt habet̃. ff. i legi/
bus. Et ideo ſicut nichil dʒ cótra legé fieri, ſic nichil dʒ fie
ri cótra lógá cóſuetudieʒ. C. q̃ ſit lóga cóſuetudo lege: i. E
que eni puniri dʒ tráſgreſſor laudabilis cóſuetudinis. ſicut
tráſgreſſor legis. xi. diſ. In his. ⁊ hec itelligi debét de cóſue
tudinibꝰ rónabilibꝰ q̃ nó ſũt honeroſe nec obuiát ſtatutis
canonũ. ⁊ diuinis p̄ceptis. ⁊ maxie ſi ſint redacte i ſcripturʒ
qꝛ túc vocant̃ cóſtitutóes. Illis ſic diſpoſitis ſacerdos acci
pit hoſtiá ⁊ patená. ⁊ vinũ i calicé cum ſuis oróibus offe/

rés illa dño. Preceſſit eni veritaté huiꝰ ſacramẽti vmbra i
melchiſedech ſacerdote dei ſũmi. offerẽte panem ⁊ vinum i
typũ ſeu figuram eukariſtie. Quare ⁊ hodie i memoriá hu
ius acceptabilis figure ſacerdos ſʒm ordiné melchiſedech i
ſtitutꝰ. xp̄o pané ⁊ vinũ ante cóſecratóeʒ offert. dep̄cás vt
deꝰ ea bñdicat ⁊ ſáctificet. vt inde ſacrificiũ verũ fiat. quod
in oblatóe melchiſedech figurabat̃. Et populus etiaʒ reali
exhibitióe recognoſcat bñficiũ oblatióis xp̄i ꝓ eoꝝ ſalute in
ara crucis factũ. ⁊ in ſacramento altaris fiendũ. dicens qñ
offert. Suſcipe ſancta trinitas ⁊c. In qua oratóe patet cui
offert. qꝛ ſancte trinitati. Quid offert qꝛ oblatóʒ. Quare of
fert. qꝛ in memoriá paſſionis xp̄i ⁊ ꝓ ſalute oim. Qua ora
tóe finita locat calicé. Et aliqui ſʒm cóſuetudiné romaná
locant calicé ad dexteruʒ latus hoſtie. qꝛ ſanguis dñi noſtri
ihũ xp̄i credit̃ a dextro latere ꝓfluxiſſe. vel ſʒm aliũ vſũ ob
lata locat̃ iter ſacerdoté ⁊ calicé. ad denotandum ꝙ xp̄s hó
mediator fuit inter deum ⁊ hoiem. Aurũ diuinitaté ſigni/
ficat panis xp̄m ⁊ ſacerdos hoiem. Patena vero lata ⁊ par
ue ꝓfũditatis ad retinédũ hoſtiá ordinata ſignificat latitudi
né caritatis apoſtoloꝝ q̃ xp̄m receperũt. Et ſic hoſtiá ſuper
patená offert. vt ſuꝑ latitudiné caritatis ſacrificiũ iuſticie
dʒ offerri. vt holocauſtũ aie pigue fiat. Hác latitudiné cari
tatis corda diſcipuloꝝ habebát cũ petrus dicebat. Paratꝰ
ſum tecũ in carceré ⁊ in morté ire. Quod aũt patena ſubla
ta hoſtia abſcódit̃ ſub corꝑali. vel ab altari remouet̃. quaʒ
dyaconꝰ retinet inuolutá ſignificat. ꝙ apoſtoli ſe abſcóderũt
⁊ i manibꝰ capiétiũ relicto ihũ oés fugierunt. ſicut dñs eis
p̄dixerat. Oés vos ſcandalũ patiemini in me in hac nocte.
mat. xxvj. Scriptũ é eni ꝑcutiá paſtoré ⁊c. Et ideo ſacer/
dos ãnũciaturꝰ reſurrectóis eulogiũ reſeruat patená. qꝛ cũ
eſſet ſero die illa vna ſabbatoꝝ ⁊ fores eſſét clauſe vbi diſci
puli erát cógregati ꝓpter metũ iudeoꝝ. venit ihũs ſtans in
medio eoꝝ ⁊ dixit eis pax vobis iohãis. xx. Inueniés oues
q̃ trepidátes aufugerũt. Quátũ ad tertiũ ſcʒ de thurifi/
catione altaris. ſciédũ ꝙ calix coopertus ſignificat xp̄ʒ ſepul
tũ. ſed thurificatio ſignificat vnguétũ p̄cioſũ quod mulie/
res obtulerũt. vel ſignificat aromata q̃ emerũt vt veniétes
vngerét iheſum. mat. vlt. vel eſt dicendũ ꝙ thurificatio de

ſignat ꝙ maria magdalena accepta libra vnguēti nardiſpiſ
tici ꝑcioſi effudit ſuꝑ caput ihū mat. xxvj. Et domꝰ īpleta
eſt ex odore vnguēti. vñ ⁊ ſaluator dixit ibidē. Mittēs hec
mulier vnguentū hoc in corpus meū ad ſepeliēdū me fecit
Et iteꝝ. vbicūqꝫ ꝑdicatū fuerit hoc euangeliū in vniuerſo
mundo dicet̃. ꝙ hoc fecit in memoriā eiꝰ. ⁊ ergo dicūt do/
ctores. ꝙ hec thurificatio fit in memoriam ſepulture dñi.
Quod aūt ſacerdos ter dicit ſupra incēſū. ſignificat ꝙ ma/
ria ter adhibuit vnguētū circa opus ihū. Primo qñ vnxit
pedes ihū i domo ſymonis phariſei. luce. vij. Secūdo cū in
domo ſymonis leproſi ſuꝑ caput ihū effudit vnguētū mat.
xxvj. Tercio cū vēit vt vngerēt iheſū iā poſitū i ſepulchro
⁊ circūducit̃ cū ſigno crucis vt in pluribꝰ. vt ōis dyaboli/
ce fraudis. ⁊ ōis malignitatis conatus ꝑ virtutē ſancte cru
cis ⁊ ex thuris incēſione effugat̃. vt nec cōtra ſacerdotē nec
cōtra ſacrificiū ꝑualeat. Fumi eni incēſio valꝫ cōtra demo
nes effugādos. vñ thobie. vj. Thobias minor interrogabat
āgelū dicēs. Quot remedia hñt ea q̃ obſeruare iuſſiſti de pi
ſce. Reſpōdit. Cordis eiꝰ ꝑticulā. ſi ſupra carbones ponas
fumꝰ eiꝰ omē demonioꝝ genus extirpat. Et ſciēdū ꝙ dya
conꝰ vel thuribulū portās accipiendo incēſum anteꝙ̄ mit
tat i thuribulū dꝫ ꝑñtare ſacerdoti. i ſignū ꝙ nichil ē accep
tū deo niſi bñdictū. Tunc ſacerdos accipiēs thuribulū ſꝫm
aliquos facit tres ductus. in ſignū vel ob reuerentiam tri/
nitatis in circuitu hoſtie. ⁊ vnā crucē de ſuꝑ ob reuerētiaꝫ
vnitatis diuine eſſentie. Et īmediate poſt hoc vadit ad dex
terā ꝑtē altaris. ſignificās xp̄i ꝑdicatōeꝫ miſſā ad iudeos ⁊
ad oues q̃ perierūt domꝰ iſrahel. Sꝫ poſt hoc dimiſſa dexte
ra vadit ad ſiniſtrā. ſignificās aplōꝝ ꝑdicatōꝫ repulſaꝫ a iu
deis ⁊ cōuerſaꝫ ad gētiles. Poſtea totā facieꝫ altaris a ſini/
ſtra vſqꝫ ad dexterā thurificat. i ſignū ꝑdicatōis gentibus
miſſe finalit̃ ad iudeos reuerſure. q̄ in fine mūdi ſꝫm apo
ſtolū ad ro. xi. Reliq̄e iudeorum ſalue fiēt. Deinde ſacerdos
thurificat̃ a dyacono ⁊ miniſtri ab accolito vel a thurifera
rio ⁊ poſtea totꝰ chorꝰ mediātibꝰ miſtris in ſignū ꝙ a xp̄o
ſacerdote magno cūcta bona ꝓcedunt mediantibus eccleſie
miſtris ad populū. q̄ influxus diuinus ꝑ media deſcēdit ad
infima. ſꝫm dyo. de angelica ierarchia Ideo dicit̃ ad coꝛ. ij.

Odorem noticie ſue ſparſit ſuper nos in omni loco. Et no
ta ꝙ ſꝫm alios ſacerdos thurificās nichil dicit. Sed ſecun/
dum officiū romanū dicitur. Dirigatur dñe ad te orō mea
vbi primo optat exaudiri. ſecūdo acceptari cū dicit. Eleua
tio manuum meaꝝ ſacrificiū veſpertinū. quod erat ſolēniſ
ſimū in lege. Tercio optat a malis preſeruari. ſ. i corde co
gitatione. ⁊ in ore a prolatione mala dicēs. Pone dñe cuſto
diam ori meo. Quantū ad quartā ꝑtem huius capituli q̄
eſt de manuū ablutione eſt ſciendū. ꝙ̄uis ſacerdos in princi
pio miſſe dū ſe veſtibus ornat manus abluit. in ſignū ꝙ ca
rere debet macula mortali. tamē in hoc loco volēs ſacrifi/
care. iteꝝ lauat ſe. in ſignū carentie venialiū ⁊ minoꝝ Ideo
fit in capitibus digitoꝝ quatenus ſic lotis manibus oblati
onem accipiat. incenſū offerat. ⁊ orationeꝫ effundat. Quia
ſcriptū eſt exo. xx. Facias lauacrū eneū: ⁊ ad lauandū po/
nas illud in teſtimoniū tabernaculi ad altare ⁊ miſſa in eo
aqua lauabūt in eo aaron ⁊ filij eius manus ſuas ac pedes:
qñ ingreſſuri ſūt i tabernaculū teſtimonij ⁊ qñ acceſſuri ſūt
ad altare. Iſta fuit figura vt ſacerdotes oblaturi: abluti eſ/
ſent manibus ⁊ pedibus. quod nūc veraciter ⁊ miſtice debꝫ
eſſe in noſtris ſacerdotibus. Debent enīꝫ purgari eſſe a pra
uis operibus. ⁊ mūdari a noxijs affectionibus. quia per pe/
des affectiōes. ⁊ ꝑ manus opera deſignantur. Sic igitur lo/
tionē manuū corporalē reiteret. magiſqꝫ mundatus offerat
hoſtiā immaculatā ſanctā deo placentē. Vñ dauid cuꝫ eſſet
mundatꝰ: petebat ampliꝰ mūdari dicēs Amplius laua me
ab iniquitate mea. ꝑs. l. Sacerdos enim ſacrificaturꝰ debꝫ
lauare cōſciam lacrimis penitentie. ſꝫm illud. ꝑs. Lauabo
per ſingulas noctes lectum meū. Lectus hōis eſt ſua cōſci
entia. in qua ſecure mens delectatur ⁊ quieſcit: ſi bona ē iu
xta dictū ſapientis. Secura mens eſt quaſi iuge conuiuium
Si vero mala eſt in amaritudine ⁊ timore eſt. quia nō eſt
pax impijs. Iſa. xlviij. Inno. dicit ꝙ ipſe xp̄s anteꝙ̄ veꝝ et
vnicū ſacrificiū offerret in ara crucis: in lazari reſuſcitatio
ne lacrimas miſeratus effudit. Iohā. xj. Iheſus ingemuit
ſpū turbauit ſeipſum ⁊ lacrimatus eſt. Et exēplo xp̄i ſacer
dos etiā hoc debet facere. Et ſciendū ꝙ ſacerdos lauādo di
gitos dicit illud pſal. xxv. Lauabo inter innocētes manus

meas. Et eſt ſentētia talis.i.cōfitēdo ⁊ penitendo: faciam
munda opera que ꝑ manus deſignantur. ⁊ hoc inter innocē
tes: cōuerſas mente ſepe ⁊ corpore. Quia ſic dicit p̄s. Luꝫ
innocente innocēs eris. Hoc facto dicit. ⁊ circūdabo altare
tuuꝫ dn̄e: quia nullus niſi mund⁹ debet accedere ad altare.
Quantū ad quintā partē q̄ ē de cordis humiliatōe: ē aduer
tendū: ꝙ ſacerdos poſt hec que dicta ſūt humiliter ſe decliat
dicēs illud dan̄. iij. In ſpū humilitatis. Quam orōneꝫ dicit
in medio altaris inclinatus ꝓfunde: ⁊ manibus iūctis ante
pectus: vbi tangūtur tria que debēt eſſe in ſacerdote ſacrifi
ciū offerente. ymo ⁊ in omnib⁹ aſſiſtentib⁹ ꝓ quibus ſacer
dos offert. Primū eſt cordis humiliatio cū dicit: in ſpū hu/
militatis. Secundū eſt mentis cōtritio ibi. ⁊ animo contri
to. Terciū eſt recta intentio offerentis ibi. vt ſic fiat ſacrifi
cium noſtrū ⁊c. Hec aūt humiliatio ſacerdotis humiliatio
neꝫ xp̄i ſignificat. qua exinaniuit ſemetipſū formā ſerui ac
cipiens. Vel ſacerdos inclinat ſe: vt ꝑ humiliatōꝫ corporis
diſcat humilitatē mentis. vt ſic in eo prouocetur mentalis
deuotio. Nam cū frequēter orans humiliat ſe corꝑaliter in
clinando vel genuflectēdo vel man⁹ leuando ad deū. in ipſo
ſurgit humilitas mentis ad deū ⁊ deuotio. Et hoc dicebat
apoſtolus. Volo vos in omni loco orare: leuantes man⁹ ve
ſtras ad deū. Dehinc ſacerdos inclinās ſe orat primū pro ſe
poſt hoc monet populū pro ſe orare: ⁊ poſtea orat pro popu
lo. Criſtus eni primo pro ſe deinde pro populo orauit dicēs
Pater clarifica filiū tuū: vt filius tuus clarificet te Poſtea
pro apoſtolis dicēs. Pater ſerua eos quos dediſti michi. vt
ſint vnū ſicut ⁊ nos vnū ſumus. Iohā. xvij. Et iteꝝ ꝓ om
nibus credituris in ipſū dicens. Non tantū pro ipſis rogo.
ſed pro omnib⁹ qui ꝑ verbū eoꝝ credituri ſūt in me. Dein/
de ſacerdos populū admonet orare pro ſe: vertēdo ſe ad po
pulꝫ dicēs. Orate pro me peccatore ⁊c. Debemus eni pro
inuicem orare vt ſaluemur. Iacobi vlt. Nam ⁊ dn̄s inquit
in euangelio. Amen amē dico vobis. Si duo vel tres cōſen
ſerint de omni re ſuper terrā: quecūq; petierint fient illis a
patre meo qui eſt in celis. In his autē verbis ſacerdos im
plorat auxilium circūſtantiū propter altitudinē ſacramēti
Et debēt iſta verba aliquantulū ſonare ſic ꝙ aſſiſtentes ca

pere poſſint. quia ꝑ hec verba ad ſupplicandum inuitamur
ibi orate. Et ad nos mutuo amandū inflāmamur. ibi vt
meū pariter ⁊ veſtrū ſacrificiū acceptū fiat omipotēti deo
Quantū ad vltimū. ſ. de orōne ſecreta eſt ſciendū ꝙ p⁹ ver
ba que dicta ſūt ſequitur orō ſecreta que ſic vocatur: quia
ſecrete ⁊ ſub ſilentio ⁊ recollecta mente dici debet. vt deno
tetur mentalis cōuerſio in deū vt ſacrificiū deo ſic acceptū
Huius aūt ſilēcij ⁊ alioꝝ que ſacerdos ſub ſilētio legit cau/
ſa originalis fuit occultatio ſpūaliū miſterioꝝ huius ſacri/
ficij a cōmuni circūſtanti populo Vn̄ bea. dyon̄. in eccleſia/
ſtica ierarchia loquēs de ritu ſacrificioꝝ dicit. Greci hec vi
dentes ⁊ audiētes ridebāt putātes tā humilib⁹ verbis ⁊ reb⁹
nō poſſe ineſſe tantā ſāctificationē. Et debēt tot ſecrete di/
ci. quot fuerūt in principio collecte exceptis aliquibus die
bus p̄cipue ſcꝫm officiū romanū. ſicut ſūt dies quatuor tem
poꝝ. ſabbatū paſce ⁊ alique vigilie: ⁊ paraſceue. quia hij di
es habent quedā ſingularia. Etiaꝫ ſacerdos ꝑ illud quod ob
ſeruat ſilencij ſolitudinē ſignificat latibulū xp̄i. quo xp̄s nō
palā ambulabat apud iudeos cū cogitarēt eū īterficere. ſed
abijt in regionē iuxta deſertū in ciuitatē que dicit̄ effraym.
⁊ ibi morabatur cū diſcipulis ſuis. vt dicitur Iohā. xj. Et
poſtq̄ ſubiūxit ſecretā orōneꝫ: ſacerdos leuat vocē: ꝑ quā ī
ſinuat ꝙ xp̄s demū redijt Iheroſolimam ad templū orōnis
quod ad tēp⁹ deſeruerat cū receſſerat i effraym Sic eni ſcri
bitur luce. xix. Ingreſſus templū cepit eicere emētes ⁊ vē
dentes dicēs. Domus mea dom⁹ orōis vocabitur ⁊c. Ideo
tūc ſacerdos eleuat vocē palā dicendo. Per oia ſecula ſecu/
loꝝ. Per hoc inſinuans ꝙ Iheſus iteꝝ palam ambulabat.
Itaq; in craſtinū: turba multa que cōuenerat ad diē feſtum
cū audiſſet ꝙ Iheſus venit iheroſolimā. acceperunt ramos
palmaꝝ ⁊ obuiā p̄ceſſerāt. clamātes Oſanna benedict⁹ qui
venit in noīe dn̄i rex iſrael. math. xxj. Finis aūt hui⁹ orīs:
initiū eſt p̄fationis ꝑ quod inſinuat ſacerdos ꝙ xp̄s ē lapis
angularis quē reprobauerūt edificātes. q̄ fecit vtraq; vnuꝫ
Iſa. xxviij. Iudeos cōtinēs ⁊ gentiles. vt ſit vnus paſtor ⁊
vnū ouile. Et ꝓpter hoc ꝙ orōnē quā ſecrete dicit cōcludit
aperte: querit aſſenſū populi ⁊ cōfirmationē. quia ipſe qua
ſi legatus ē populi: ideo populus cōſentiēs voci eius: dicit

amen.i.fiat. Hoc ꝑ xp̄z i quo exaudimur a patre:ſicut pe/
tiſti in ſecreta. Vel ꝑ hoc monet populū: vt ſibi adoptat ⁊
petat vt dn̄s velit cuz exaudire quatenus petitiones quas
ſecrete effudit effectū cōſequatur Vel poteſt dici ꝙ orō ſecre
ta alte terminatur: ad deſignandū publicā p̄dicationem xp̄i
poſt lazari reſuſcitationē.quia extūc publice p̄dicauit. Et
ſciendū ꝙ ſacerdos hec dicendo:debet manus depreſſas te/
nere donec dicat Surſū corda.quia tūc debet manus leua/
re ⁊ ip̄as extenſas tenere. adeo alte ſic ꝙ aſſiſtentes ſuper
humeꝝ ſuū aliquātulū poſſint videre.

## Capitulum.ij.de p̄fatiōe.

P

Refatio dicitur a pre quod ē ante.⁊ for faris .quia
fatur ante principale ſacrificiū ad quod offerenduz
miſſa eſt inſtituta. Eſt eni p̄locutio totius canonis
ſecuturi. In hoc eni p̄loquitur ſacerdos grateſ ⁊ laudes deo
vt melius ad cōſecrandū corp⁹ xp̄i poſſit ꝑuenire Vocatur
etiam p̄paratio.q̄a p̄parat fideliū mentes ad future cōſecra
tionis reuerentiā. Et ab aliquib⁹ vocatur ymn⁹ angelic⁹
quia angelicis laudibus eſt plenus. Ab illa eni ꝑte dn̄s vo/
biſcū vſq̄ ad ſanct⁹ rite poteſt vocari ymnus. Et habebit
illud capitulū duas ꝑtes principales In prima dicetur de p̄
fatione in generali ⁊ de expoſitōe cōmunis p̄fatōis. In ſe/
cūda de numero ſpecialiū prefationū.⁊ earūdem expoſitōe
Prima pars diuiditur in tres. In prima popul⁹ excitatur:
cū dicitur Dn̄s vobiſcū. In ſecūda ratio aſſignatur a ſacer
dote ibi. vere dignum ⁊ iuſtum eſt. In tercia laus diuina
a populo decantatur ibi. Sāctus ⁊c. Prima adhuc in tres
quia primo excitatur populus ad attentionē cū dicit. Dn̄s
vobiſcū. Secūdo ad mentis erectionē ibi.ſurſū corda. Ter
cio ad gratiarūactionē ibi. Gratias agam⁹: Quantuz ad
primā ꝑticulā eſt ſciendū:ꝙ ſacerdos dicturus rem digniſſi
maz cū attentione ſalutat populū dicēs. Dn̄s vobiſcū. Op
tans nos tales exiſtere:cū quib⁹ dn̄s manere dignetur. Et
illud cōuiuiuz digniſſimū:in quo xp̄s fons pietatis ⁊ boni
tatis ſumitur nobiſcū celebrare. De quo ſcribitur Iohān.
xiiij. Si q̄s diligit me ſermones meos ſeruat:⁊ pater meus

diliget eū:⁊ ad eū veniemus ⁊ manſionē apud euz faciem⁹
Et apoc.iij. Ego ſto ad hoſtiū ⁊ pulſo:ſi quis audierit vo
cem meā ⁊ aperuerit michi ianuā: introibo ad eū ⁊ cenabo
cū eo ⁊ ipſe mecū. Chorus in ꝑſona populi rn̄det: ⁊ cū ſpū
tuo. ſacerdoti hoc idē iterate reoptās. Sic eniz mutuo ꝓ ſe
orant.facientes iuxta dictū apoli. Orate pro inuicē vt ſal/
uemini. Iacobi vlt. Et reſpōdet populus.⁊ cum ſpū tuo.⁊
non cū corde vel cū ore tuo:ſeu cū corꝑe tuo. q̄a totū illud
quod agit ſacerdos eſt ſpūale ⁊ miſterijs plenū. Deinde ibi
ſubiūgitur a ſacerdote incitatō ad ſingularē deuotōnē ⁊ mē
tis ad celeſtiū eleuatōz ꝓpter ſacramentalis miſterij magni
tudinē cū dicitur.ſurſū corda:ſuple habete vel leuate ad do
minū ꝑ celeſtiū meditationē. Monet eniz nos ſacerdos vt
corda ſurſū habeam⁹ ad dn̄m.ſꝫm exhortationē apli ad co/
loceſes.iij. Que ſurſuz ſūt querite ⁊ ſapite: nō que ſunt ſuꝑ
terrā. Nam vbi eſt theſaur⁹:ibi eſt ⁊ cor tuuz. Math. vj.
Multi eni ore loquūtur celeſtia: ⁊ exteriori habitu celeſti/
bus ⁊ diuinis ſe ingerūt.corde vero terreſtria meditantur.
Quibus dn̄s improperat ꝑ ꝓphām dicēs Populus hic labi
is me honorat.cor aūt eoꝝ longe ē a me. Iſa.xxix. In qua
libet ergo oratione cogitare terrena vel vana peccatū ē: ce
leſtibus vacare debēti.⁊ in iſta terrena volūtarie vel ex ma
la cōſuetudine ſe ingerentē.quia grauis peccati moleſ veriſ
ſime ſupprimit Sed ⁊ periculū eſt cor habere diuiſū ab ore
⁊ os diuiſū a corde. Nā qui ſemetipſū nō audit nec de⁹ illū
exaudit. hec Innoc. Quilibet eni homo xp̄ian⁹ tꝑe quo ce/
lebrat vel audit miſſā:debet effūdere vnguētū ſuꝑ caput re
cūbentis.more mulieris vnguentarie.que quod geſſit cor/
poraliter nos ꝑagere debemus ſpūaliter Quilibet.n.homo
cor ſuū ad ipſā verbi deitatē eleuet.⁊ ad illud caput equale
patri fide cōtingens:catholice cōfeſſionis nō ſolū verbalis
ſed rōnalis in factis vngenda pungat: credendo ⁊ confitēdo
⁊ ſedule gratias agendo dn̄o deo noſtro Et nota ꝙ ſuꝑ hoc
verbuz Surſuz corda de cōſ.diſ.j.dicitur Quādo aūt ſtam⁹
ad orōnem fratres dilectiſſimi inuigilare ⁊ incumbere ad p̄
ces toto corde debemus.cogitatio ois carnalis ⁊ ſecularis
abſcedat.ne quicq̄ tunc anim⁹ aliud cogitat:q̄ illud ſoluz
quod p̄catur. Et ſacerdos ante orationē p̄fatiōis.premiſſa

intentione ſurſū mittentis dicendo Surſū corda. Et dum
populus reſpondet Habemus ad dñm: ammonetur nichil
aliud q̄ dñm cogitare debere. Claudatur cōtra aduerſariū
pectus ⁊ ſoli deo pateat: nec ad ſe hoſtē tpe orōnis ꝑuenire
patiatur. Chorꝰ rñdet. habemus ad dñm. ⁊ in hoc ꝯfitetur
ſe monita ſacerdotis ſuſcepiſſe cū ait: habemꝰ ad dñm. Di
ligenter ergo ꝓuideat populus: ⁊ quilibet de populo: ne cor
habens deorſū ad ſeculū: ſpūiſācto dampnabiliter mentiat̄.
p̄s. iiij. Nam vt quidā dicūt hoc eſt ſolēne mēdaciū mundi
quia vt plurimū qui hoc rñdet oppoſitū tenet de facto quia
nō habet cor ad deū ſ; ad terrā deorſū. Cōtra quos ait p̄s.
Filij hoim vſq̄quo graui corde: vt quid diligitis vanitatē
⁊ queritis mendaciū. Sacerdos autē poſtq̄ hoies deuotos
⁊ attentos reddidit excitat populū. vt reuocatis ad memo/
riā bñficijs dei innumerabilibꝰ ei referat gratiarūactōes di
cēs. Gratias agamus dño deo noſtro. Quoniā ipſe ē dñs. i.
redēptor Ipſe ē deꝰ. i. creator Ipſe ē noſter. i. ſaluator Tūc
eni veriſſime erit noſter. cū erit oia in oibus. j. ad cor. xv.
Quia ergo eſt redēptor creator ⁊ glorificator. ideo gratias
agere tenemur ſibi: ex noſtra creatione qua dedit nobis na/
turam. ideo dicimꝰ dño. Et quia eſt redēptor noſter q̄a de
dit nobis gratiā. ideo dicimus deo. Et quia eſt ſaluator no
ſter ⁊ glorificator quia dedit nobis gloriā. ideo dicimus no
ſtro. Omnes eni tenemur gratias reddere deo. ſ. tā innocē/
tes q̄ penitentes. Innocētes quia eos in gratia conſeruat.
Penitētes vero quia eis indulgentiā dedit. Chorus aūt re/
ſpondēs approbat ⁊ confirmat dictū ⁊ verbū ſacerdotis di.
Dignū ⁊ iuſtū eſt. Dignū eſt quantū ad deū ſeu rōne diuine
maieſtatis. quia ipſe ē gloria ⁊ honor digniſſimus dñs deus
noſter. Vñ apoc. iiij dicitur. Benedictio ⁊ claritas ⁊ ſapiētia
⁊ gratiarūactio honor virtus ⁊ fortitudo deo noſtro in ſecu
la ſeculoꝝ amē. Iuſtū quantū ad nos. vt ei reddamus gra
tiarūactiones. quia nos ſumꝰ pplūs eiꝰ ⁊ oues paſcue eius
p̄s. lxxxxiiij. Tūc ibi vere dignū ⁊ iuſtū eſt. Illa ē ſecūda ꝑs
minus principalis illiꝰ capituli. in qua a ſacerdote aſſigna
tur ratio gratiarūactiōis. Et ſ;m magiſtrū petrū antbiſio
dorenſe;. Hic incipit p̄fatio: in qua ſacerdos captat beniuo
lentiā dñi. vt ad cōſecrandū corpꝰ dñi meliꝰ ⁊ ſalubriꝰ poſ/

ſit ꝑuenire. Et in p̄fatione tanguntur duo. Primo q̄ inci
tamur ad regratiandū deo patri. ⁊ recollendā dei patris bo
nitatē in nobis per filiū eius dñm noſtrū ihesū xp̄m viui
ficatā. Secundo ꝑ ea que in p̄fatione cōgeſta ſūt ad mag
nificandū eius maieſtatē: angelis ⁊ hoibus tremendā ⁊ ado
randā vna cū angelis excitamur. Et nota q̄ p̄fatio repſen
tat ⁊ ſignificat illud gaudium ⁊ p̄coniū laudis quo pueri
hebreoꝝ exultantes: ſuſceperūt xp̄m venientē iheroſolimā
ad ſuā paſſionē canentes Benedictꝰ qui venit in nomie dñi
Cōmuniter aūt in libris añ p̄fationē ſcribitur q̄dā figura
repſentās a parte anteriori hāc litterā v. a ꝑte vero poſteri
ori d. q̄ due littere ſic cōnexe. capiūtur pro vere dignū. lit/
tera videlicet ꝓ dictione Inſuꝑ nō caret miſtice intellectōis
acumine. Hec eni lrā v. que inferius ē clauſa ⁊ ſuperiꝰ apꝰ/
ta: habens initiū linea longiori: humanitatē ſeu humanā
xp̄i naturā que in virgine principiū habuit ſed fine carebit
deſignat. Per d vero quaſi circulariter clauſū. diuinitas ſeu
diuina natura: que nec principiū nec finē habet figuratur.
Tractꝰ vero in medio vtrāq̄ ꝑtem copulās: ſignū crucis ef
ficit. Et hec figura ſic in principio p̄fationis ponitur. ad de
ſignandū q̄ humanitas cōiūcta deitati: crucifixa fuit ꝓ no/
bis ex bonitate eterni patris. Vel q̄ per miſteriū paſſionis
xp̄i ⁊ ꝑ crucē homies recōciliati ſūt deo. pacificati ſūt cum
angelis. ⁊ q̄ humana diuinis aſſociantur ⁊ ſūt aſſociata q̄a
in p̄fationibꝰ homines ⁊ angeli cōbinant̄: ad cōcinnēda re/
gis p̄conia. verſus. V genus humanū: d deſignat deitatem
Stans crux in medio: federat iſta duo. Etiā pōt dici q̄ p̄/
fatio ſignificat. q̄ illud altiſſimū ſacrificiū requirit altiſſi/
mā mentis eleuationē in deū. Prima pars p̄fationis cōmu
nis ſic ponitur in verbis. Vere dignū ⁊ iuſtū eſt: equū ⁊ ſa
lutare. nos tibi ſemꝑ ⁊ vbiq̄ gratias agere. Dñe ſancte pa
ter op̄s eterne deꝰ . ꝑ xp̄m dñm noſtrū. In q̄ incitamur ad
reddendū gratiarūactiones deo patri. ⁊ ad recolendā eiꝰ bo
nitatē ⁊ dilectionē ꝑ filiū eius dñm noſtrū Ihesū xp̄m no/
bis exhibitā. Et exponitur ſic. Dñe ſācte pater op̄s eterne
deus. O dñe ꝑ preſidentiā. cuiꝰ magnificētia eleuata eſt ſu
per celos. ſancte/eſſentialiter ⁊ primordialiter per ſāctitatē
non ab aliquo alio tibi inexiſtentē. ſed in nos per participa

tioné:tanꝙ a ſuꝑabundantia plenitudinis redundãté ⁊ nos
ſanctificanté. Juxta illud ſanctificetur nomé tuũ Pater per
pietaté ⁊ creationé ⁊ cõuerſationez. Eterne de⁹:ꝑ immar
ceſſibilé ⁊ intrãſmutabilé maieſtaté. Uere.i.certe. dignũ é
nos tibi ſemꝑ gratias agere.i.gratiarũactiones referre Di
gnũ eſt.quia mira volũtate tua nos feciſti. Et iuſtum eſt:
nos tibi ſemꝑ gratias agere.quia pura miſericordia nos re
demiſti. Equũ eſt.nos tibi ſemꝑ gratias agere.quia gratu
ito nos iuſtificas.⁊ ſalutare é:nos tibi ſéper ⁊ vbiqꝫ ⁊c. In
hoc quod dicit ſéper includitur omé temp⁹. In hoc quod di
citur vbiqꝫ.cõtinetur ois locus. Salutare eſt.i.ſalute ple/
num.quia perpetue nos glorificas. Ad idé hortatur nos ꝓ/
pheta dicés. Bñdicam dñm in omni tépore.ps.xxxiii.⁊ ali
bi. In oi loco dñationis eius.benedic aia mea dño. ps.cii.
Cócludit per xp̄m dñm noſtruz. Quia aduocatuz habemus
apud patré dñm noſtruz ihesũ xp̄m.qui iterpellat ꝓ nobis
ad ro.viii.⁊ ipſe é propiciatio noſtra.qui pro oibus ⁊ in oi
bus exauditur pro ſua reuerentia. Per eũ ergo quaſi ꝑ me/
diatoré grates referimus ſimul ⁊ laudes. Per eundé etiam
quaſi per aduocatũ gratias exhibemus. Sed dubiũ é.an ſé
per debemus deo gratias referre ⁊ videtur ꝙ nó. quia ſicut
nullus poſſet intendere neceſſariis corporis.⁊ nullus poſſz
quieſcere ⁊ dormire.quod nó ſuffert humana fragilitas Ad
hoc dicitur ꝙ deus ſéper é laudand⁹ ⁊ benedicend⁹ nó actu
aliter ſed habitualiter.ſeu quantũ ad habitũ.ſic ꝙ in cõſcié
tia noſtra nichil habeamus:quod ſit cõtra deũ. ſed ſum⁹ ſé
per in bono propoſito faciẽdi bona. Tũc ſiue comedam⁹ ſi
ue bibamus.ſemꝑ oramus habitu. Actu eniz ſéper laudare
deum:⁊ ei ymniſare:eét corruptibile nature ⁊ naturali mó
eſſet impoſſibile. Sequitur ſecũda pars. Per qué maieſta
tem tuá laudát angeli ⁊c. Ubi duo fiunt. Primo oſtẽditur
quomó per xp̄m angeli maieſtaté diuiná concorditer exul/
tantes.venerantur magnificát adorát ⁊ tremũt Per quod
incitamur ad cõſimiliter faciendũ. Secũdo dirigitur oró ex
parte noſtra ad deũ.vt nobis gratiá cõſimiliter laudandi et
magnificandi vna cũ angelis largiatur.ibi cũ quibus ⁊ no
ſtras voces. Prima verba ſic ponuntur. Per qué maieſta/
té tuá laudát angeli.adorát dñationes.tremũt poteſtates.

celi celoꝝqꝫ virtutes.ac btá ſeraphin.ſocia exultatóe cõce/
lebrát. Et exponit̃ ſic. Per qué ſcꝫ xp̄m tanꝙ ꝑ noſtrũ me
diatoré ⁊ aduocatũ ágeli laudát maieſtaté tuá. Juxta illud
pſalmi. Laudate eũ oés angeli ei⁹. Et alibi Bñdicite dño
angeli ei⁹. Adorát dñatóes id é ſpũs celeſtes ſic dicti.iuxta
illud eſdre. Exercitus celi te adorant. Et iterũ pſalmiſta.
Adorate eũ oés angeli ei⁹. Tremũt ptátes.vñ iob. Colũ/
ne celi cõtremiſcũt ⁊ pauét ad ei⁹ nutũ. Tremere aũt dicũ
tur ſzm innocé.nó metu formidis.cũ ſint ꝑfecte bti. Sed
dicuntur tremere ſpũtu admirationis vel obediétie fa/
mulatu.qꝛ ſzm apoſtolũ oés ſũt adminiſtratorii ſpũs i mi
niſteriũ deſtinati. Timor é duo cõplectere.videlicꝫ illationé
mali futuri.⁊ revereri illũ a quo illud malũ iferri pót. Uti
qꝫ rite ꝑ iſtũ laudát.adorát.⁊ tremũt.ꝑ qué oés ſpirituuz
ordines creati ſũt. Ná dixit de⁹. Fiat lux ⁊ fcá é lux.ver/
bo diuino. Uerbo dixit ⁊ verbo fecit.qꝛ verbo dñi celi fir/
mati ſũt.⁊ ſpũ oris ei⁹ ois virt⁹ coꝝ Et alibi Jp̄e dixit ⁊
facta ſũt.ip̄e mãdauit ⁊ creata ſunt. Celi celoꝝqꝫ virtutes
ac btá ſeraphin id é ſci ágeli quoꝝ qlibꝫ ſeraphi é vocatus
cõcelebrát id é vnanimit̃ magnificát.ſocia exultatióe id eſt
cõcordi iubilatóe.⁊ dicit̃ ſocia exultató.qꝛ i celo eſt vera ſo
cietas ſine oi inuidia ⁊ diſcordia. Et é notãdũ.ꝙ celi dicunt̃
laudare deũ.qꝛ laudis materiá p̄ſtát.ps.cxlviii. Celi celoꝝ
⁊ aque oés q̃.ſuꝑ celos ſũt laudét nomé dñi.vel ꝑ celos itel
ligere poſſum⁹ thronos id é angelos ſic dictos.ꝑ quos dñs
ſua iudicia diſtribuit. Thron⁹ eni é ſedes iudicii.ſzm ꝙ dñs
dicit. Celũ michi ſedes é ⁊ thron⁹. Et ps.x. Dñs i celo ſe
des ei⁹. Tũc vlteri⁹ dicit̃ ſeraphin.vbi nota ꝙ nouem ſũt
chori ſeu ordies ágeloꝝ.⁊ tres ierarchie.qꝛ tres ſũt infimi
chori ⁊ hec é pria ierarchia.tres medii chori ⁊ é ſcdá ierar/
chia.tres ſup̄mi ⁊ é tercia ierarchia. Jnfimi vocát̃ angeli.
archágeli virtutes. Medii vocant̃ dñatónes. ptátes.prici/
pat⁹. Suꝑiores throni.cherubin.⁊ ſeraphin. Et vide ſimi
litudiné miſtroꝝ q ſũt apud regé tꝑalé. Ná qdam oꝑant̃ i
mediate circa ꝑſonaꝫ regis.ſcꝫ cubicularii vel aſſeſſores.⁊
hoc cõpetit ſup̄me ierarchie reſpectu dei. Quidá vero habét
officia ad regimé regni in cõmuni.nó deputati huic vel illi
ꝓuincie vel officio.ſicut ſũt principes milicie. Et his ſunt

ſimiles angeli ſcdē jerarchie. Quidā vero ꝑponūtur ad regi
mē ꝑtis alicuiꝰ regni. ſicut ſūt officiales. capitanei ⁊ adno/
cati. his ſūt ſimiles ordies tercie jerarchie āgeloꝝ. Angelꝰ
eni ſꝫm vocabulū nomē ē officij. Nā ſanctiſpūs celeſtis pa
trie ſēꝑ qdē ſpūs ſūt. ſꝫ nequaꝙ ſēꝑ angeli vocari poſſūt.
ſꝫ ſolū qñ mittūtur qbꝰ dñt. Jdeo pictoꝝ licētia alas facit
jpis vt celerē diſcurſū in cūctis ſignificēt. Angeli vocātur.
eo ꝙ de celis ad nūciādū hoibꝰ mittūtur. Angeli grece he
braice molach. latine nūcij dicūtur. Archāgeli greca ligua
ſūmi nūcij dicunt ⁊ interꝑtātur. Qui eni ꝑua nunciāt vel
minima dicunt angeli. Qui vero ſūma nunciāt archangeli
vocant. Archāgeli eni dicti ſūt eo ꝙ primatū inter angelos
tenēt. Archos eni grece princeps latine dicit. Nā ꝙ archā
geli angelis ꝑſūt zacharias teſtat dicēs. Ecce angelꝰ q loq
bat ad me egrediebat. ⁊ aliꝰ igrediebatur in occurſum eiꝰ.
⁊ dixit ad eū. curre loqre ad jſtuꝫ puerū dicēs. Abſqꝫ muro
habitabit jheruſalē. Si eni in ipis officijs āgeloꝝ nequaꝙ
ꝑtātes ſuꝑiores diſpoſite eſſent nullo mō hoc quod hoi di/
ceret āgelꝰ ab āgelo cognouiſſet. virtutes ſūt āgeli ꝑ quos
in mūdo fiūt miracula. ꝓpter quod ⁊ virtutes dicunt. Ptā
tes ſūt angeli qbus maligni ſpūs ſūt ſubjecti. ⁊ jdeo ſic ſūt
vocati. qr eoꝝ ꝑtāte maligni ſpūs arcētur. ꝙ nō tātū noce/
ant ꝙtū nocere deſiderant. Principatꝰ ſunt angeli q ꝑſunt
alijs agminibꝰ q ꝓ eo ꝙ ſubditos angelos ad explendū diui
nuꝫ miniſteriū diſponūt principatꝰ vocabulū acceperunt.
Nā alij ſūt q miniſtrant. alij q aſſiſtūt. iuxta illud dañ. vij.
Milia miliū miniſtrabāt ei. ⁊ decies centena milia aſſi/
ſtebāt ei. Dñationes ſūt q virtutibus ⁊ ꝑtātibus ꝑeminēt
q ꝓ eo ꝙ ceteris angeloꝝ dñant agmibus nomē dñationis
acceperūt. Throni ſūt agmina angeloꝝ q latine ſedes iter
ꝑtant. ⁊ vocāt throni. eo ꝙ illic cōditor noſter ꝑſidet. ⁊ ꝑ
eos judicia ſua diſponit. Cherubi vero ſūt ſublimiora āge
loꝝ agmia. q ꝓ eo ꝙ viciniꝰ poſiti ſūt deo diuina ſciētia ce
teris ampliꝰ ſūt pleni. ergo ex hebrayco ſermone latine ſci
entie plenitudo iterꝑtant. Seraphin vero ē multitudo an/
geloꝝ q latie ardētes vel nitētes dicūt. qr iter eos nulli an
geli medij exiſtūt. Et jō ꝙtū viciniꝰ coraꝫ deo aſſiſtūt. tan
to magis diuini lumis iflāmant claritate. vñ ⁊ ipi vt legit

yſa. vj. Velant faciē ⁊ pedes ſedētis in throno. jdcirco cete
ra angeloꝝ agmina videre plene dei eſſentiā nō valēt. quo/
niā ſeraphin eā tegūt. Hec yſa. Et nota ſꝫm jnnocē. Sera
phin iuenit neutraliter ⁊ maſculine. Prio mō terminat in
. n. vt hic i lrā. ſcdō mō terminatur in. m. vñ yſa. vj. Sera
phim clamabat alt ad alteꝝ. Jnno. monet dubiū ex quo no
uē ſūt ordies angeloꝝ vt dictū ē. qre tribus excluſis tantuꝫ
ſex in ꝑfatōe ponūtur. ⁊ iſti tres excludūtur. ſcꝫ cherubin.
pricipatꝰ ⁊ archāgeli. nūqd jlli tres nō glorificāt dei maieſ
tatē. Ad hoc rñdet. ꝙ ꝑ virtutes celoꝝ tres alij ordies com
ꝑhēdunt ⁊ intelligūtur. vñ in ꝑs. xxiij. Dñs virtutū jpe eſt
rex glē. Et alibi Et ſpū oris eiꝰ ois virtꝰ eoꝝ Et hoc pōt
elici ex ome. gre. ſuꝑ. j. luce vbi dicit ꝙ virtutes celoꝝ mo
uebunt. Scdā eā hoc fit ad deſignādū. ꝙ in cōꝑatōe eterne
trinitatis cuiꝰ majeſtas hic pricipaliter cōmēdat. ois alia
trinitas diminuta repit ⁊ ipfecta. Nā qs i nubibꝰ equabi
tur dño. aut qs ſimilis deo i filijs dei. Quelibꝫ aūt trinitas
ſiue ſpūalis ſiue corꝑalis ſilitudinē qndaꝫ diuine trinitatis
oſtēdit. Jpiꝰ tñ ſimilitudinis nō ꝑficit veritatē. hec jnno.
Seqtur. cū qbꝰ ⁊c. Jā dirigit orō ad deuꝫ ex ꝑſona ntā. vt
nobis grāꝫ cōſimilit laudādi vna cū āgelis largiat. Et ex
ponit ſic. Cū qbꝰ ſupple angelis laudātibꝰ nos deꝑcamur
jubeas admitti etiā ntās voces ⁊ ntās laudes. ſupplici cō/
feſſione. nō ſuꝑba ꝑſumptōe ſꝫ hūili laude dicētes. Sāctus
Nota ſꝫm jnno. Deꝰ oꝑs duas creaturas rōnales cōdidit.
ſcꝫ āgelicā ⁊ hūanā. ꝓpter hoc vt laudibus iſiſterēt diuinis
⁊ ei grāꝝ actōes referrēt. qtenus eū cū pari voce cōcelebrēt
vt inferiores ⁊ ſuꝑiores in celeſti cythara ſocient. De quo
dicit job. apoc. iij. Et audiui vocē ſicut cythared oꝝ cytha/
riſātiū in cytharis ſuis ⁊ cātabant quaſi canticū nouuꝫ di/
cētes. Sāctus. ſcūs. ſcūs. ⁊c. Jlla eſt tercia pars prime par
tis pricipalis huiꝰ capituli ſecūdi. in qua diuina laus a po
pulo decantat. Eccleſia aūt ſperans ſe ſaluari ⁊ vna cū an
gelis eternaliter deū laudare ſtati poſt ꝑfatōeꝫ cōformat ſe
ſanctis āgelis. De quibus ⁊ de quoꝝ laudatōis ꝑconio mē/
tio facta ē i ꝑfatiōe. Cantū quē ipi āgeli ſācti quotidie vna
voce corā maieſtate diuina decantare nō ceſſant. ſimiliter
vnanimit cū ſacerdote ꝓſeqtur dicēs. ſcūs ⁊c. hic ymnꝰ ꝑti

angeloꝝ ⁊ ꝑci hoim verba cóplectit̃. Pria ps é ágeloꝝ. ſcdá
hoim. Legit̃ eni yſa. c. vj. Uidi dñm ſedétez ſup ſoliú excel
ſú ⁊ eleuatú. ⁊ ſeraphin ſtabát ſup illud. ⁊ clamabat alt̃ ad
alteꝝ ⁊ dicebát. Sáctus. ſáctus. ſcús. dñs deus exercituuz
Plena é ois terra glá ei⁹. Legit̃ etiá i euágelio Et ꝙ p̄ibát
⁊ qui ſequebant̃ clamabát. Bñdictus qui venit in noie dñj
oſanna in excelſis. mat. xxj. ⁊ joh. xij. Uox angeloꝝ trinita
tis ⁊ vnitatis in dño cómédat archaná. vox vero hoim hu
manitatis ⁊ diuinitatis i xp̄o ꝑſonat vnioné. Secúdo nota
ſixt⁹ papa húc ymnú ad miſſaz decátari inſtituit. ⁊ merito
cática ágeloꝝ i miſſa decátam⁹. qꝛ ꝑ hmói ſacratiſſimú ſa/
crificiú terrena celeſtibus ſociari nó dubitam⁹. Etiaz jdeo
qꝛ cú eis in excelſis ſaluari ſꝑam⁹. Etiá qꝛ de⁹ has natu/
ras ſcꝫ humaná ⁊ ágelicá ad inſiſtédú ſuis laudib⁹ ⁊ ad red
dédúz gráꝝ actóes creauit. vel ut ſibi laudes pari voce cóce
lebrét ordinauit. Tercio nota ꝙ ter dicit̃ ſcús ⁊ ſemel dñs
de⁹. vt trinitas ꝑſonarum in diuinis ⁊ vnitas eſſentie i di
uinitate cóꝓbet̃. De⁹ eni noſter ſcús é. jd é ſáctificás ⁊ non
ſáctificat⁹. vel ſcꝫm jnno. é ſáct⁹. jd eſt ſáctitatis ſáctificator
vñ ſácti eſtote qꝛ ſáctus ſú dñs deus veſter. Deus pater ſác
tus eſt. teſtante filio qui dicit. Pater ſanctifica eos in veri/
tate quos dediſti michi. quoniam tu ſcús es Et alibi ſerua
eos in noie tuo quos dediſti michi. johá. xvij. Fili⁹ é ſcús
ágelo ꝓteſtante luce. j. Et quod naſcet̃ ex te ſcúz vocabit̃
filius dei. Spús eſt ſcús xp̄o docente. Accipite ſpúm ſcúm
quorum remiſeritis peccata remittunt̃ eis. johánis vltio.
Subjúgit̃. Dñs de⁹ ſabaoth jd eſt exercituú videlicꝫ ange
loꝝ ⁊ hoim. quoꝝ terribilis eſt vt caſtrorú acies ordinata.
Tot eni exercit⁹ de⁹ habet in terra. quot ſút ordines ſta/
tuú in eccleſia. Tot hꝫ in celis. quot ſút ordies in angelis
Et ſubdit̃. Pleni ſút celi ⁊ terra. Ad lrám plena eſt terra.
qꝛ gloria diuina celi ⁊ terra replent̃. eo ꝙ deitas eſt vbiqꝫ.
vñ pſal. Si aſcédero in celú tu illic es. ſi deſcédero ad ifer/
nú ades. ps. cxxxviij. Et jere. dicit. Celú ⁊ terraꝫ ego iple/
bo glo. dicit. Sup oia deus eſt nó elatus. Subtus oia non
ꝓſtratus inter oia nó incluſus extra oia nó excluſus. Noie
ergo celi ⁊ terre ágeli ⁊ hóies pleni diuina grá intelligútur
vel pleni ſút celi ⁊ terra glá tua. eo ꝙ tua glá. ⁊ ꝙ in celis

⁊ ꝙ in terra ſút glorioſe gubernátur. Celi eniꝫ já ſút pleni
re terra vero ſpe. túc vero re ⁊ ſpe plena erit terra cú deus
erit oia i oib⁹ ⁊ merces ntrá. Jté nota ꝙ de miſterio trini/
tatis ꝑſonaꝝ ⁊ vnitatis eſſentie. jnno. dicit. De⁹ ſpús é in/
creatus iméſus. ⁊ icómutabilis. ſúme ſapiés ⁊ ſúme bon⁹
Increat⁹ é. qꝛ nó icepit in tpe. Jmméſus. qꝛ nó circúſcri/
bit̃ locus. Jncómutabilis qꝛ nó variat affectú ſuú. Súme
potés. qꝛ nulli⁹ é ipotétie. Súme ſapiés cui nichil é igno/
rantie. A quo oia. in quo oia. ꝑ qué oia. A quo omnia poté
ter ſút creata. ꝑ qué oia ſapiéter ſút formata. in quo omia
diligent̃ ſút ſeruata. Creata ꝑ potentiá. formata ꝑ ſapiétiá
Cóſeruata ꝑ diligétiá. Per potétiá intellige patré cauſá ef
ficienté. Per ſapientiá filiú cauſaꝫ diſponété. Per diligétiá
ſpúmſcúm cauſam ꝑficienté. Tres eni ſunt ꝙ teſtimoniuꝫ
ꝑhibét in celo. pater. verbú. ⁊ ſpúſſanctus. Et hij tres vnú
ſút. Tres ꝑſonalit̃ qꝛ ꝙſqꝫ ſua notóe diſtinctus. Pater a ge
neratóe. Fili⁹ a filiatóe. Spúſſanctus a ꝓceſſione. ſed ſunt
vnú eſſencialit̃. Oéſqꝫ ⁊ ſinguli natura. potentia. volútate
vnú ſút. ⁊ oio quicꝙ ꝑ ſubſtantiá p̄dicatur. Hác etná ⁊ in
diuiduá trinitaté angeli laudare nó ceſſant dicétes. Sáctus
ſcús. ſcús. Sꝫ qꝛ neceſſariú eſt ad etnaꝫ ſaluté incarnatóis
xp̄i miſteriú cófiteri. jdeo recte ſubjúgitur Bñdict⁹ ꝙ venit
in noie dñj. Ego inquit veni in noie patris mei. Nomen
patris é fili⁹. De quo ꝓpheta dicit. Ecce nomé dñj véit de
lógiquo. Et túc p̄ſbiter ſolet ſignú crucis facere añ ſe. ad
deſignádú ꝙ jſte ꝙ ꝑ crucem triúphabit. ⁊ ꝑ virtuté ſancte
crucis nos triúphare fecit. ⁊ ꝙ per crucifixioné nos ſalua/
uit. Cóſueuerút etiá fideles in rebus ſenſibilib⁹ videlicꝫ in
ſtatuis ⁊ parietibus. in manib⁹ ſignú crucis facere. ⁊ ſigno
crucis facto oſcula altari dare. quod fit ad excitádaꝫ deuoti
oné ad xp̄m. ⁊ ex amore ordinato ad xp̄i crucé ⁊ ad ej⁹ paſſi
oné. Fit vtiqꝫ quáto ex majori deuotóe tanto laudabilius
ꝙ ſi forte qua ſiniſtra intétióe euenerit. vt ne man⁹ ledat̃.
vel quicꝙ man⁹ attigerit optatú habeat̃. ꝙto túc intentó
fuerit ꝑuerſior de táto miſerabilior. Stártes aút decátam⁹
⁊ ſcꝫm quoſdam iclinamus. quia túc icarnationé ⁊ maieſta
tem diuiná. ꝑ ágeloꝝ hoimqꝫ cantú recognitá veneramur
Seq̃tur Oſanna i excelſis. Oſána dictio eſt hebraica. ⁊ ſcꝫm

yſido.vj.ethy.in alteriꝰ lingue interp̃tatoꝫ in toto tráſire nó pót. Oſi eni ſaluifica iterp̃tat᷑.ſꝫ ána interiectio é m̃tú ai ſignificás ſub depcatóis affectu Integre aút dicit᷑ oſianna qõ nos correpta media vocali depoſita.i.lrá dicimꝰ oſanna ſicut fit in verſibꝰ qñ ſcádimꝰ verſꝰ. Elipſis necat.m.pe rimit ſinalimpha vocalé. Lrá eni pria ſequentis verbi ex/ tremá verbi prioris excludit.vt hic. Ira odiú generat.ſcá dićdo dicit᷑ Ir odiuꝫ generat. Et interp̃tat᷑ oſanna id é ſalui fica ſubaudiédo.vel pplm tuú vel totú múdú. In excel ſis jd é in altiſſimis. Dicit᷑ aút bis oſanna in excelſis.ppter duas ptes ſalutis.q̃ ſút ſtola méris.ꝛ ſtola carnis.q̇bꝰ hri/ ficant᷑ ſci in glá.vt videlicꝫ corpeꝛ aia ſaluati iter angelos deputemur in excelſis. Hic etiá verſiculꝰ laudis repit᷑ in. p̃s.cxvij. Quod eni turbe dixerút oſanna hoc é quod ibi di cit᷑ o dñe ſaluú me fac Et eiſdé verbis ibi ſubiúgit᷑. Bñdi ctus q̇ véit i noie dñi. Per hoc etiá ꝙ ſubiúgit᷑ oſanna in ex celſis.pſpicue oñdit᷑ ꝙ aduétus xp̄i nó tátú hoim ſalꝰ ſit. ſꝫ totiꝰ múdi iúgés terrena celeſtibus.vt oé genu ei flectat᷑ celeſtiú terreſtriú ꝛ infernoꝝ. Criſo.dicit.q̇daꝫ interp̃tant᷑ oſanna gloria.q̇dá redéptioné.q̇dá ſaluifica. Ná ꝛ illi glo/ ria debet᷑.ꝛ redéptio iſti cóuenit.qr oia redemit.ꝛ p̃cioſi ſá guinis ſui effuſióe ſaluauit. Itẽ nota ꝙ ſabaoth eſt vnú de decé noibus q̇bus apud hebreos deus noiat᷑.qð cóu[?]titur i latinú ꝛ valet tátú ſicut exercituú ſeu virtutú. De quo ab angelis i p̃s.dicitur. Quis é iſte rex glé.dñs virtutú ip̃e é rex glé. Sút eni in huiꝰ ordinatóe virtutes multe.vt ange li.archágeli cúctiqꝫ celeſtis milicie ordines.quoꝝ tátú iſte dñs é Oés eni ſub ip̃o ſút ꝛ eiꝰ dñatóni ſubiacét Sꝫ dubiú é q̃re immediate poſt p̃fationé ſeq̇tur ſcús. Ad quod reſpó detur.ꝙ in p̃fatóis fine ſacerdos dep̃catur vt voces noſtre cú laudibꝰ ꝛ vocibus ágeloꝝ ſocient᷑ ꝛ admittátur cú dicit᷑ Cú q̇bus ꝛ nrás voces ꝛc. Et qr angeli ſép cantant deo. Scús Scús Scús Idcirco nos illis cóformádo ymnú iſtú angelicú parit᷑ ꝛ húanú decátamus vel ïchoamꝰ. Et qr hic fit métio de aduétu xp̄i. Ideo ſciédú ꝙ ſepté ſút aduétꝰ xp̄i q̇ deſignátur p ſepté anthiphonas q̃ in aduétu decátantur. Primꝰ fuit de celo in vteꝝ virginis ad dandá nobis ſapié/ tiam ꝛ prudentiá. Ideo cantat᷑ o ſapiétia q̃ ex ore altiſſimi

pdiſti. Secúdꝰ fuit de vtero virginis i múdú. Ideo cátat ec cleſia. O adonay dñatorꝛ dux domꝰ iſrahel.q̇ moyſi i ignis flámа apparuiſti.veni ad liberádú nos. Terciꝰ fuit a mun do ad crucis patibulú.ꝛ túc poſitus fuit i ſignú patriarcha rú ꝛ pphetaꝝ. Ideo dicimꝰ O radix jeſſe q̇ ſtas i ſignú po/ puloꝝ. Quartꝰ fuit a cruce ad limbú hñs clauéꝛ apiés in/ fernú. Ideo dicimꝰ O clauis dauid veni.educ victos de car cere. Quitꝰ é aduétꝰ ſpúalis ad deuotú aim qué illumiat ꝛ ſplédere facit p verá noticiá. Ideo dicimꝰ. O oriés ꝛ ſplen/ dor lucis eterne veni ꝛ jllumia ſedétes in tenebris ꝛ in vm bra mortis. Sextꝰ erit ad judiciú.vbi judicabit ꝛ appare/ bit vt rex regú. Ideo dicit᷑ O rex gétiú ꝛ deſideratus eorú. Septimꝰ eſt inducés i regnú celeſte. Ideo dicit᷑ O emanuel jd é nobiſcú deꝰ.rex ꝛ legifer noſter.veni ad ſaluádú. Iam quátú ad secúdá pté principalé huiꝰ capituli videndum eſt de duobꝰ. Primo quot ſút p̃fatóes ſpeciales. Secúdo vidé/ dú eſt de vna quaqꝫ eaꝝ inſſpeciali. Quantú ad primú é ſci endú.ꝙ olim multe fuerút p̃fatióes ſꝫm officiú ambroſia/ nñ.qr quilibet ſanctus famoſus habuit p̃fationé ſpecialem Pelagius tñ papa natóe romanꝰ.ceteris relictis oés ad no nem reſtrinxit.vñ dc cóſe.diſ.j.c.juuenimꝰ dicit᷑. Pelagiꝰ romane eccleſie ꝛ aplice ſedis ep̃s.vniuerſis gallicoꝝ atꝫ germanoꝝ ep̄is iuenimꝰ has noué p̃fatóes in cathalogo tá tú recipiédas.vná in diebꝰ paſcalibꝰ. Aliá in die aſcenſio/ nis dñj. Terciá in die péthecoſtes. Quartam de natali dñj. Quitá de apparitióe. Sextá de aplis. Septimá de trinitate Octaná de ſcá cruce. Noná i jeiunio ſeu q̃drageſima tantú mó dicédaꝫ. vrbanꝰ vero papa ſupaddidit decimá p̃fatiócm ſcꝫ de btá virgine. Quátú ad ſecúdú agédú é de q̃libet eaꝝ in ſpeciali eo ordine quo in miſſali ſcribunt᷑. Prima eſt de natiuitate dñj.ꝛ jncipit ſic. Quia p icarnati verbi ꝛc.vbi prio tangit᷑ incarnatóis miſteriú. Vocat᷑ aút incarnató mi ſteriú.qr miſteriú é jdé quod ſacꝝ ſecretú. Tale aút ſecretú é incarnatio.qr nulla més ad jp̃am attigere valet.nec etiá cape pót quomó verbú dei factú ſit caro johánis.j. Secúdo íſinuat᷑ diuine jlluminatóis p̃ſidiú.jbi noua métis nré.qa ad litterá de his q̃ debemꝰ credere ꝛ ſpare.ſumꝰ iformati verbú incarnatú ꝛ jlluſtratú qr vt dr luce.i.ip̃e véit jllumi

nare bis qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedét. Tercio
tãgit alte cõtemplatõis ſolaciũ. ibi vt dũ viſibiliter deũ co
gnoſcimꝰ. q2 verbũ caro factũ ẽ ⁊ vidimꝰ gliãm eiꝰ. iohã.
.i. Per hũc ſcꝫ deũ viſũ in carne. quẽ tñ videre nõ poſſumꝰ
rapiamur raptu amoris in amorẽ iuiſibiliũ. Quarto tãgit
diuine iubilatõis tripudiũ. ibi ⁊ ideo cũ angelis. vbi quaſi
oẽs ordies tãgit angeloꝝ. Et hoc ideo q2 i die natiuitatis
dñi angeli cãtauerũt laudes deo. ſcꝫ gloria in excelſis deo.
Secũda ẽ de epiphania dñi. vbi breuit̃ duo cõtinent̃. Prio
ſublimitas lumis apparẽtis cũ dicit̃. q2 cũ vnigẽitꝰ tuꝰ in
ſubſtãtia nrẽ mortalitatis apparuit. ſcꝫ carnẽ aſſumẽdo. ſe
cũdo vtilitas hominis indigẽtis. cũ iubiũgit̃ noua nos im
mortalitatis ſue luce repauit. Dicit̃ aũt ephia ab epi qđ ẽ
ſupra ⁊ phanos appitio. quoniã i illa die ſupnũ lumẽ appa
ruit tribꝰ regibꝰ ipm adorãtibꝰ. math. ij. Itẽ i eodẽ die re/
uolutis triginta ãnis mutauit aquã i vinũ i nupcijs. iohã.
xvij. i quo eiꝰ ptãs diuina apparuit euidẽter. Tercia ẽ de q̃
dragesima ſeu ieiunio corpali. in qua ponũt̃. iiij. vtilitates
Prima ẽ q2 vicia cõprimit. Ideo dicit vicia cõprimis. Se
cũda q2 mẽtẽ ad ſupna erigit ⁊ leuat. Ideo dicit mentẽ ele
uas. Tercia ẽ q2 virtutes colligit ⁊ cõgregat Ideo dicit vir
tutẽ largiris. Quarta ẽ q2 mercedẽ acq̃rit ⁊ donat. ideo di/
cit̃ ⁊ p̃mia ſupple largiris. Et q2 oĩa iſta fiũt i virtute xp̃i
ideo dicit̃ p xp̃m dñm noſtrũ. Quarta ẽ de paſſione dñi ſeu
de ſcã cruce. ſcꝫ q̃ ſalutem humani generis in ligno crucis
cõſtituiſti. vbi duo oſtendunt̃. Primo xp̃i paſſionis vtilitas
cũ dicit. Qui ſalutẽ hũani generis. Secũdo ꝙ paſſio xp̃i fu
it ſatiſfactoria. cũ dicit̃. vt vñ mors oriebat̃. inde vita reſur
geret. Tercio oñdit̃ crucis ſublimitas. ⁊ hoc ĩ duobꝰ. Prio
ĩ hoſtis pſtratõe. cũ dicit̃ Et q̃ i ligno vincebat. p lignũ quo
q3 vinceret̃. Secũdo ĩ crucifixi cõditiõe. q2 dicit̃ p xp̃ꝫ dñm
noſtrũ. Quinta ẽ de reſurrectõe. ſ. Te q̃dẽ dñe oi tp̃e ⁊c. vbi
q̃tuor oñdunt̃. Prio tp̃is ſũma cõgruitas. cũ dicit̃ te q̃dem
dñe oi tp̃e ſꝫ i hoc potiſſimũ die ⁊c. Nã nũc potiꝰ laudãdꝰ
ẽ q2 reſurrexit ꝓpria virtute tãq̃ ille q̃ hꝫ ꝓpriã ptãtem.
Secũdo tãgit̃ paſſionis acerbitas. i hoc ꝙ dicit̃ cũ paſca no
ſtrũ imolatꝰ ẽ xp̃s. Ad cuiꝰ rei euidẽtiã ſciẽdũ. ꝙ filij iſra/
hel celebrabãt paſca i ſignũ ⁊ memoriã trãſitus angeli per

cutiẽtis egiptios: interficiẽdo primogenita egiptioꝝ. ⁊ trãſ
eundo ⁊ admittẽdo hebreos q̃ habebãt de ſãguine agni i ſu
perliminari domus. vt habetur exo. xij. Et ideo paſca cele/
brabãt. quod interp̃tatur tranſitꝰ. Uel in memoriã trãſitꝰ
maris rubri. quod ſicco pede trãſierunt. Uñ exo. xiiij. Filij
aũt iſrael trãſierũt p medietatẽ ſicci maris. ideo paſca cele
bãt ⁊ agnũ immolabãt ad veſperã. exo. xij. Sic ſimiliter et
nos colimus paſca: in ſignũ trãſitꝰ filij dei p limbũ. de quo
eduxit patres ſanctos dimiſſis peccatoribꝰ malis. ⁊ hoc per
ſanguinẽ ſuũ nos redimẽdo. ⁊ tranſeũdo p mare rubrũ nos
liberando. quod figurat baptiſmꝰ. vbi egiptij. i. peccata ſub
merguntur. ⁊ filij iſrael liberantur p agnũ paſcalẽ. qui pro
oibus in veſpere paſcali iudeoꝝ tanq̃ verus agnus fuit im
molatus. ſicut p̃dixerat Iſa. xiij. ca. Et ergo dicitur hic. cũ
paſca noſtruꝫ immolatus eſt xp̃s. Nõ agnus iudeoꝝ tipicꝰ
⁊ figuratiuus. ſed ipſe qui eſt veritas Tercio oſtenditur pa
tientis trãquillitas cũ ſubditur. Ipſe eniꝫ verꝰ eſt agnus q̃
abſtulit peccata mũdi. Quarto paſſionis vtilitas cuꝫ ſub/
ditur. Qui mortẽ noſtrã moriendo deſtruxit. Et eſt ſenſus.
qui mortẽ. ſ. peccati. de quo dicit Iacobꝰ. Peccatũ cuꝫ cõ/
ſummatũ fuerit generat mortẽ. Hanc mortẽ ipſe deſtruxit
moriendo pro nobis corpaliter. ⁊ vitã. ſ. glorie ⁊ gratie rep
auit. quia ſecundũ apoſtolũ. Si xp̃s reſurrexit ⁊ nos reſur/
gemus. quia ſumus eiꝰ mẽbra niſi i nobis deficiat. Sexta
eſt de aſcenſione. ſ. Qui poſt reſurrectionẽ ſuã ⁊c. vbi quatu
or oſtendũtur. Primo reſurrectionis viſibilis probatio cuꝫ
dicitur. Qui poſt reſurrectionẽ ſuaꝫ omnibꝰ diſcipulis ſuis
manifeſtus apparuit. Secundo reſurrectionis ſolennis con
ſumatio. cum ſubditur. Et ipſis cernẽtibus eleuatus eſt in
celũ. Tertio reſurrectiõis vtilis intẽtio ibi. vt nos diuinita
tis ſue tribueret eſſe participes. Quarto noſtre mentis ele
uatio cũ infertur. Et ideo cũ angelis ⁊ archangelis. Se
ptima eſt de ſpũſancto ſeu de feſto penthecoſtes. ſ. Qui aſcẽ
dens ſuper omnes celos. Ubi ſex innuuntur. Prio aſcenſio
nis dignitas. quia ſuper omnes celos. Secundo aſcenſiõis
felicitas ibi. ſedenſq̃ ad dexteram tuã. Tercio promiſſiõis
veritas ibi. promiſſum ſpũmſanctum. Quarto impletionis
felicitas ibi. hodierna die i filios adoptionis effudit. Quito

preſentis diei ſolénitas ibi. quapropt̄ ꝓfuſis gaudijs tot⁹ i orbe terraꝝ mūd⁹ exultat. Sexto ipſoꝝ angeloꝝ tripudiuꝫ ⁊ laudatio ibi. ſed ⁊ ſuperne virtutes atqꝫ angelice poteſta/tes. ymnū glorie tue cōcinunt ſine fine dicentes. Octaua eſt de ſancta trinitate q̄ incipit. Qui cū vnigenito tuo ⁊ ſpū ſancto ⁊c. Ubi videtur primo q̄ debemus credere de ipa trinitate. quia ꝑſonaꝝ pluralitatē in eſſentie vnitate. Ideo dicitur dirigendo ad patrē verbū: eterne de⁹ qui cuꝫ vnigenito tuo ⁊ ſpūſācto vnus es de⁹. Oportet ergo credere i trinitate vnitatē eſſentie. Ut ergo credam⁹ in trinitate vnitatē eſſentie dicit. vnus eſt deus. vnus eſt dn̄s. Et vt credamus in vnitate eſſentie trinitatē ꝑſonaꝝ. Ideo ſubditur Non in vnius ſingularitate ꝑſone. ſed in vnius trinitate ſubſtantie cōtra errorē ſabellianoꝝ qui negabāt pluralitatē ꝑſonaruꝫ Secūdo oſtēdit quid debeam⁹ credere de ꝑſonaꝝ dignitate. quia eaꝝ in omnib⁹ equalitatē cū dicitur. Quod eni de tua gloria reuelante te credimus. quia nichil de trinitate niſi ꝑ reuelationē ſcim⁹. hoc de filio tuo hoc de ſpūſancto credim⁹ ꝙ equales ſūt in gloria. Un̄ athanaſius Qualis pater talis filius talis ſpūſſanct⁹. Itē equalis gloria coeterna maieſtas Ideo talē equalitatē ſine diſcretōe differentie ſentim⁹ quia in hoc nō differūt ymo cōueniunt ⁊ ſunt vnū. Tercio oſtendit quid credere debem⁹ de ꝑſonaꝝ diuinaꝝ vnius ab alia emanatōe ⁊ proceſſione ibi vt i cōfeſſione vere ſempiterneqꝫ deitatis ⁊ in ꝑſonis ꝓprietas. ſ. credi debet ⁊ adorari. Pro/prium aūt filij eſt ꝙ ſit a patre ſicut lux a ſole. Patris propriū eſt ꝙ ſit a nullo. Spūſſācti ꝓpriuꝫ ē ꝙ ſit ab vtroqꝫ. ſ. ſole ⁊ luce. ⁊ nō econuerſo. Un̄ generare conuenit patri: generari filio: ꝓcedere ſpūiſācto. Et hee ſūt ꝓprietates eoruꝫ Et ideo dicitur in ꝑſonis ꝓprietas. Et q̄uis ꝑſonaliter di/ſtinguuntur nō tamē eſſentialiter Ideo ſubditur. Et in eſſētia vnitas. quia ſūt vnus deus ⁊ non tres. Propter quod ſequitur. Et in maieſtate adoretur equalitas. Quarto tangitur quid debemus credere de ipſius trinitatis laudatiōe q̄ r ſemꝑ laudatur ab angelis ideo ſequitur Quā laudant angeli: qui ſūt ordines inferiores. cherubin quoqꝫ ac ſeraphin. q̄ ſunt ordines ſuperiores. Nona eſt de beata virgine quam vrbanus papa cōpilauit. ſ. Et te i veneratiōe beate mari

Ubi quatuor tangūtur. Primo ſeruitus ⁊ ſubiectio filialis cū dicitur. Et te in veneratione btē marie ſemꝑ virginis Secūdo maternitas diuinalis cū dicitur Que ⁊ vnigenitū tuū ſācti ſpūs obūbratione cōcepit Tercio dignitas virginalis cū dicitur. Et virginitatis gloria ꝑmanēte. Quarto huius mūdi vtilitas ab ipſa procedēs cū dicitur. Huic mūdo lumē eternum effudit. Decima eſt de apoſtolis. ſ. Te dn̄e ſuppliciter exorare. Et in hac ꝑfatione ꝑmittit primo deuotam meditationē ⁊ ſupplicatōeꝫ Ibi: te dn̄e ſuppliciter exorare. Secundo ſupplicat gregis ꝑſentationē Ibi: vt gregeꝫ tuuꝫ paſtor eterne non deſeras. Tercio petit gregis prote/ctionē ibi. ſed ꝑ beatos apoſtolos tuos cōtinua protectione cuſtodias. Quarto optat ſupernā gubernationē ibi. Ut eiſdem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eideꝫ cōtuliſti ꝑeſſe paſtores.

## Capitulum. ij. de ꝑfatione.

p Oſt acclamatū ꝑconiū ſequitur ſecretū ſilentiuꝫ in quo ⁊ miſſe canon deuote dicitur. ⁊ ſacꝝ miſterium in quo xp̄s ſumitur pagitur. quod fit ꝑ ſolum ſacerdotem quia xp̄s ſolus orauit. Et habet hoc capitulū duas partes principales In prima agitur de ritu ꝑcedēte canonē ⁊ de diuerſis noībus eiuſdē. In ſecūda agitur de diuiſione canonis in ſuas ptes: ⁊ de ꝓſecutione earūdem. Prima pars diuiditur in tres. In prima dicetur de ritu quē debet ſacerdos ſeruare volēs canonē aggredi In ſecūda de noibus ca/nonis. In tercia videndū ē de modo legēdi canonē. ⁊ quare verba canonis ſecrete ⁊ ſub ſilentio dicuntur. Quantū ad primū dico ꝙ ritus quē debet ſacerdos obſeruare eſt iſte ꝙ primo debet reſpicere crucifixū Unde cōmuniter in antiqs libris ante canonē depingitur ymago crucifixi. ⁊ etiam dn̄i de maieſtatis. Debet ergo ſacerdos ſecundū cōmunē vſum primo quantū ad oſculū ymaginē crucifixi reſpicere cuius hic memoria agitur. Secūdo debet oſculari. Sed quantuꝫ ad ordinē oſculandi diuerſi ritus obſeruantur. Aliqui enim primo oſculantur pedes crucifixi: poſtea pedes maieſtatis. In ſignū ꝙ per filij dei crucifixionē veniem⁹ ad pedes ma

ieſtatis diuine. Alij aūt econuerſo: primo oſculantur pedes
maieſtatis poſtea crucifixi hac rōne: quia omē datū optim
⁊ omne donū perfectū deſurſū eſt deſcendēs a patre luminū
Jacobi. j. Tercio debet ſe inclinare iūctis manibus ⁊ hec i
clinatio aliud in xp̄o ⁊ aliud i ſacerdote figurat In xp̄o. n.
figurat inclinationē ⁊ orationē quā fecit ante paſſionē in q̄
factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrētes i ter/
ram Luce. xxij. In ſacerdote vero ſignificat ꝙ debet cōſi/
derare ſeipſū quaſi originaliter eſſe terrenū ⁊ ſic ſe humiliā
do ⁊ ſeipſū recogitādo accedat ad ſacrificiū. Quarto ſ꞉m ali
quos debet ſe eleuando oſculari altare ⁊ hoc triplici rōe.
